suali modo intellectuali ⁊ ꝙ in vna proposi
tione sumpsit demonstrationē absolutam ⁊
in alia propositione accepit demonstratio
nem respectiuā seu conditionatam que im
pugnatio qualem efficaciā ⁊ quantā viȝ ha
beat cuilibet sani capitis innotescit nonne
magister vt supra expressum est vsus est v
traq; demonstratione pluribus vicibus vt
cum dixit. stat eniȝ ꝙ scias soꝛ. esse soꝛ. seu
scias hunc esse soꝛ. demonstrato soꝛ. ita ta
men nescias quis ē soꝛ. sicut etiam stat ꝙ h̾
scias esse hoc demōstrato per ly hoc satur
no. licet nescias quis planetarū sit saturnꝰ.
vbi patet ꝙ ipse vtitᷣ sensuali ⁊ intellectua

li demonstratione. ita etiam sumpsit diffor mem demonstrationem in illis propositio nibus quas adduxit Paulus perg. ⁊ alte ra opinio. Con. etiam Pau. perg. Dicunt isti ꝙ illa hoc ē sortes non debet dubitari quia non est intellecta. Respondetur ꝙ illa est intellecta quoniam bene intelligo aliqd demonstrari vt puta homo vel aliquid ali ud. licet tamen nesciam quid determinate demonstratur. Isti vero sic volentes respõ siones bonas impugnare adducunt suam q̄ talis est ꝙ demonstrato Plato. ad intellec tum scis ꝙ ille non ē sor. sed ad sensum du bitas. Et ita intellexit Strodus vt dicũt ⁊ cõceditur ꝙ dubitas an ille sit sor. demõ strato sor. ad sensum. Sed argumentum ꝙ ipsi adducunt contra Paulum perg. vadit contra eos scilicet ꝙ Strodus in tam par uo tẽporis spacio vtatur de formibus de monstrationibus intellectuali scilicet ⁊ sen suali. Item si illa non ē intellecta hoc ē sor. ad sensum qualiter ergo ē dubitanda ꝙ nõ sit intellecta. patet ſm eos quonia3 nescitur quid demonstretur ⁊ etiam isti in respondẽ do ad argumentum principale dicunt ꝙ cõ sequentia est distinguenda quia non intelli gitur quid demonstretur per ly ille inconse quente. quare ergo dicunt ꝙ sit dubitanda Alij sunt modi adhuc soluendi qui vel coin cidunt cum duobus primis vel male soluũt quos breuitatis causa obmitto sufficiãt re sponsiones prime adducte quoniam vere ⁊ valide sunt.

Ad secundum argumentum principale respondetur secundũ magistru3 ꝙ casus nõ debet admitti cum impossibile sit partem supponere pro toto cuius est pars aliter si mul intelligeretur pars ⁊ totum vt subiectũ propositionis ⁊ tota propositio quoniam intellectus totius naturaliter presupponit i telligentiam partium quare ⁊ propositiõis notitia presupponit notitiam subiecti ⁊ pre dicati intellectus enim compositorũ presup ponit intelligentiam partiũ. Sed contra in quit Strodus ly hoc est vox seu scriptum ad placitum significans vel significatũ er go poterit ad placitum imponi ad significã dum qõlibet significabile ergo ⁊ possibile ē ꝙ demonstretur ⁊ significet se ipsum ɔñs. Respondetur ꝙ consequentia nõ valet sed bene ex illo antecedente sequitur ꝙ potest i poni ad significandũ quidquid possibile ē significari sed vt dictum est illud consequẽs non est possibile significari per ly hoc ⁊ sic ad argumentũ ꝙ propositio que ponebat̃ pro consequente non est intelligibilis quare nec scitum est illud consequẽs quare nec cõ sequentia cum non sit eo ꝙ non habet cõse quens. propositio vero que sumebatur pro antecedente est scita ⁊ intellecta sed non est antecedens in illa consequẽtia. Possumus etiam aliter respondere si velimus tenere ꝑ tem posse supponere pro toto cuius ē pars admisso casu ꝙ consequẽs illius consequen tie nõ est scitum quoniã ipsum sciri est repu gnans nec hoc contradicit regule quoniam ipsa intelligitur quãdo consequens nõ repu gnat sciri vt dictum est supra ⁊ intelligitur quando consequens nõ asserit se esse nescitũ potest etiam aliter responderi querẽdo nun quid illud consequens significet precise vel non si sic non est casus amittendus vt tenet cõmunis opinio. si vero significat non preci se tunc consequẽtia nihil valet nec arguitur ab vno conuertibili ad reliquũ cum antece dens sit sic ꝑcise significans. cõsequẽs vero non. Alij multi sunt modi soluẽdi ſm diuer sas opi. in materia insolubilium varias te nentium positiones vt ibi patet.

Ad tertium argumentũ principale pa tuit responsio supra quoniam consequẽs il lud repugnat sciri. modo hoc non est contra

regulam vt declaratum est.

Ad vltimum argumentũ sunt plures mo
di dicendi quos omnes adduxi in tractatu
de scire ⁊ dubitare illum tamē accipio quē
puto inter alios esse verũ dico ergo amisso
casu ꝙ illa consequētia est concedēda.b.est
verum ergo hoc est verũ ⁊ concedendũ ē eti
am ꝙ.a.est verum ⁊ quando arguit̄ illa cō
sequentia ē bona scita esse bona ⁊ antecedēs
est scitum a te ergo ⁊ consequens neget̄ con
sequentia vt supra iam expressum est ⁊ si ar
guitur tu scis.a.esse verũ ergo.a.scis eē ve
rum negetur argumentũ propter falaciā cō
positionis ⁊ diuisionis. Nec valet ista cōse
quentia vz.a.propositio est scita a te eē ve
ra ergo.a.propositio est scita a te vt patuit
supra i suppositis ⁊ correlarijs quoniā aliđ
est concedere propositiones ⁊ aliud est cōce
dere eas esse veras quare ⁊c.

Queritur octauo. Nunquid.xv.et
xvi. regule sint vere ⁊ arguitur ꝙ
non suppono tamen.primo ꝙ nul
lus rex sedeat credat tamen sor. firmiter ꝙ
rex sedeat ⁊ pla.sciat sor.sic credere. dubi
tat tamen pla.an rex sedeat.secundo suppo
no descriptionē cōmunem ipsius scire reruʒ
contingentiũ que talis est. Scire cōmuniter
sumptum est rem firmiter credere absq; ex
itatione cum hoc ꝙ ita sit ex pte rei quali
ter ista descriptio intelligi debeat infra no
tatis declarabitur. His suppositis stanti
bus arguitur sic sor.credit firmiter ꝙ rex se
det ⁊ ita est ꝙ rex sedet ergo sor. scit regem
sedere illa consequētia est scita a platone vt
etiam suppono ⁊ antecedens est sibi dubiũ
⁊ tamen consequens est a platone negandũ
cum repugnet primo supposito ꝙ autem an
tecedens sit dubium plato.patet quia pla.
non scit illud antecedens esse verũ nec scit il
lud antecedēs esse falsum seu non credit illđ
antecedens esse verũ nec credit illud esse fal
sum ⁊ considerat de illo antecedente ergo il
lud antecedens est sibi dubium. possemus
etiaʒ loco platonis in casu loqui de te ⁊ tũc
argumentũ haberet clariorem efficaciam.se
cundo principaliter arguo contra regulā sic
pono tibi istam rex sedet qua admissa fa
cio istam consequentiā nullus rex sedet vel
papa comedit sed nullus papa comedit. er
go nullus rex sedet que consequentia est de
se manifesta a disiunctiua cum destructiōe
⁊c. super alteram partem ⁊ antecedens est
dubitandũ ⁊ tamen consequens est negādũ
quia falsum scitum nunc esse falsum vt patʒ
secunda pars antecedentis probatur quoni
am antecedens est vna coplatiua cui⁹ vtra
q; pars est dubitāda ⁊ nulla alteri est repu
gnans ergo antecedens est dubitandũ qua
re ⁊c.. Tertio sic ista consequentia est scita
hoc est sor.ergo hoc est sor.vbi vtrobiq; p
ly hoc demonstratur sor.⁊ antecedens ē du
bitandũ ⁊ tamen consequēs est negandũ er
go ⁊c. Assumptum pro qualibet parte pba
tur stāte primo casu.s.ꝙ tu scias ꝙ hoc sit
hoc demōstrato sor.⁊ nescias ꝙ hoc sit sor.
scias tamen ꝙ hec propositio hoc est hoc si
gnificat precise ꝙ hoc est hoc ⁊ ꝙ illa ppo
sitio hoc est sor. significat precise ꝙ hoc est
sor.⁊ sit sor.coram te quem nescias esse sor
tem.sed bene illum scias esse hominem quo
casu stante patet ꝙ antecedens pro prima p
te est manifestum quoniam tu scis bene om
nem consequentiam in qua scis ꝙ arguitur
ab eodem ad idem.secũda pars anteceden
tis probatur sic tu scis istam propositioneʒ
significare precise sicut tu dubitas esse. ⁊ đ
ista consideras scilicet de ista hoc est sortes
ergo ipsa est tibi dubia tenet consequentia
assumptum probatur tu scis hanc proposi
tionem hoc est sor.significare precise ꝙ hoc
est sor.⁊ ita tu dubitas esse scilicet ꝙ hoc ē

sor. Igitur ipsa est tibi dubia. Tertia pars
antecedentis probatur sic. ista propositio ħ
est sor. que est consequens non est conceden
da vt patet. nec credenda quia hoc repug
nat casui nec distinguenda cum bene scias
ꝙ aliquid demonstratur imo ꝙ hoc demō
stratur demonstrato sor. quamuis nescias
illud demonstratum esse sortez vt ponit ca
sus. nec dubitanda ergo neganda tenet con
sequentia a sufficienti diuisione ⁊ ꝙ illa nō
sit dubitanda probatur quoniam illa ē sci
ta ꝙ sic arguitur tu scis illam significare p̄
cise sicut tu scis esse ergo illa est scita a te.
Clarissima est consequentia assumptum ar
guitur tu scis ꝙ illa ꝓpositio significat pre
cise ꝙ hoc est sor. ⁊ ita tu scis esse scilicet ꝙ
hoc est sor. ergo tu scis illam seu illa est sci
ta a te tenet consequentia cum prima parte
antecedentis. ⁊ secunda probatur tu scis il
lam propositionem hoc est hoc demonstra
to sor. ergo qualitercunqꝫ ipsa significat ita
tu scis esse sed illa significat ꝙ hoc est sor. er
go tu scis ita esse ⁊ vltra tu scis ita esse ꝙ ħ
est sor. ergo tu scis ꝙ hoc est sor. ⁊ scis hanc
propositionem hoc est sor. significare preci
se ꝙ hoc est sor. ex quo sequitur ꝙ tu scis il
lam. Quarto sic ista consequentia est sci
ta a te hoc est homo. ergo hoc ē homo sem
per eodem demonstrato ⁊ aliquo casu pos
sibili posito est antecedens dubium ⁊ conse
quens negandum ergo regula falsa tenet cō
sequentia cum prima parte antecedentis. et
secunda probatur ⁊ ponatur ꝙ tu scias qd
demonstretur per ly hoc in ista propositio
ne hoc est homo ⁊ scias ꝙ ista propositio ħ
est homo precise significat sicut termini pre
tendunt ⁊ ꝙ aliquid scias esse hominem et
nihil dubitas esse hominem quo stante pa
tet ꝙ ista propositio hoc est homo que ē an
tecedens ē dubia ꝙ probatur sic ipsa est in
pertinens ⁊ extra casum dubitanda ergo et

in casu. Clara est consequentia ⁊ assumptū
probatur quia ipsa nō sequitur ex casu nec
ipsi repugnat. ergo est inpertinens tenet con
sequentia assumptum arguitur quoniā pro
posita tibi ista hoc est homo in casu isto ip
sa non est concedenda cum non sequatur tu
scis quid demonstretur per subiectum hui
us propositionis hoc est homo ⁊ scis ꝙ ista
significat iuxta compositionē suorum termi
norum ergo tu scis ꝙ hoc est homo seu ista
est scita a te ⁊ ꝙ ista non sit repugnans. pa
tet de se in casu ⁊ nō est dubia quia per ca
sum efficiatur dubia sed quia in rei verita
te est dubia in casu ⁊ extra casum. tertia ꝑs
antecedentis probatur scilicet ꝙ consequēs
sit negandum quoniam ista propositio hoc
est homo que est consequens non est conce
denda. vt patet nec credēda neqꝫ distinguē
da vt clarum est in casu ergo dubitanda vl'
neganda non dubitanda ergo neganda ꝙ
non sit dubitanda probatur sic illa est con
cedenda ergo non dubitanda tenet ꝯsequē
tia assumptum probatur quoniam ipsa est
scita non repugnans in casu isto ꝙ arguitur
sic tu scis quid demonstratur per ly hoc in
ista propositione hoc est homo ⁊ aliquid
scis esse hominem ⁊ nihil dubitas esse ho
minem ergo istud demonstratum scis eē ho
minem vel scis esse non hominem si scias ħ
demonstratiuum esse hominem ⁊ scis istaꝫ
propositionem sic significare precise sequit̄
ꝙ tu scis istam. si autem scias istud demon
stratiuum esse non hominem ⁊ scias hāc ꝓ
positionem significare hoc esse hominem se
quitur ꝙ tu non scis illam seu ꝙ tu scis illaꝫ
esse falsam. ⁊ ita patet ꝙ consequens illud
est negandum ⁊ per ista duo argumēta pñ
cipalia nūc facta possemus probare ꝙ idē
est alicui scitum ⁊ dubium. Ultimo sic con
tra regulam arguitur ista consequentia est
scita. Omnis rex loquitur iste est rex er

go iste loquitur ⁊ antecedēs est dubitandus quoniam quelibet pars est dubitāda ⁊ nul la alteri contradicit ⁊ tamen consequēs est ne gandu₃ dato ꝙ per ly iste demonstret sor. qui sit tacens coram te. In oppositu₃ est magister in littera probās istas regulas ve ras esse sic si regule non sunt vere stet oppo situm consequētis regule cum antecedēte.s. ꝙ consequētia sit scita ⁊ antecedēs sit dubi u₃ ⁊ consequēs negandu₃. ⁊ arguo sic conse quens est negandū ergo aut quia falsum sci tum esse falsum non sequens aut quia repu gnans si primū.ergo ⁊ antecedens esset fal sum non sequens ergo esset negandū ⁊ non dubitandū. Si secundū ergo ⁊ antecedens esset negandū quia repugnās quoniā cuicū ꝗ₃ repugnat consequēs alicuius conseqētie de forma eidē repugnat antecedēs eiusde₃. Potest etiā aliter probari regula sic conse quens est negandū ⁊ ꝯsequētia ꝯcedēda q₃ scita ergo ⁊ antecedēs est negandū tenet cō sequētia per sextā regulā. Ex ꝓbatione hu ius sequit̄.xvi.regule que est si aliqua cōse quentia est scita ab aliquo ⁊ ꝯñs est ab eo dem negandū añs eiusdem non est ab eodē dubitandū non tamen valet iste modus ar guendi inquit magister.v₃ ista consequētia est scita a te ⁊ antecedens est tibi dubiū .er go consequens nō est a te negandū vt depo sita tibi hac Papa sedet a te admissa tunc ista ꝯsequentia est scita a te papa sedet ergo papa sedet ⁊ antecedens est tibi dubiū ⁊ ta men consequens est a te negandum quia de positum. Circa secundū articulū est ꝓpri mo notandū ꝙ tria requirunt ad hoc ꝙ ali qua propositio sit scita. Primo de sensu cō posito ꝙ sciam qualiter illa primo ⁊ princi paliter significat ⁊ ideo ista Antropos ē ho mo non est scita quia non scitur a me quali ter ista principaliter significat. Secūdo req ritur ꝙ sicut illa primo ⁊ principaliter signi

ficat.ita sciā esse ⁊ sciā illa significare. ⁊ ita ista propositio hoc est verū posito ꝙ cōuer tatur cum vero istorū contradictoriorū rex sedet ⁊ nullus rex sedet mihi dubiorū ē mi hi dubia vbi etiam in eode₃ casu nescirē ꝙ illorū esset veru₃ quoniam qualitercūq₃ illa primo ⁊ principaliter significat ita dubito esse ⁊ per consequens illa nō est scita a me. Et etiam ista propositio rex sedet est mihi dubia dato ꝙ nescirem regem sedere s₃ be ne scirem illam sic significare. ⁊ de illa con siderarem.tertio requiritur ꝙ non repugnet illam sciri vt sunt ista hoc est non scitū hoc non est scitum se ipsis demonstratis signifi cantibus precise iuxta compositionē suorū terminorum ⁊ omnes alie asserentes se ipis esse nescitas vt declaratu₃ est in materia in solubilium. Secūdo notandū iuxta do ctrinam Hesberi in quinto principali sui p̄ mi sophismatis ꝙ propositio dubia quinq₃ modis dicitur primo quia de sensu diuiso sicut illa principaliter significat ita dubito esse vt de ista propositione hoc est verum que est mihi dubia.secūdo quia de sensu cō posito dubito an ita sit totaliter sicut illa p̄ mo ⁊ pricipaliter significat sicut est ista pa pa sedet dato ꝙ sciā illam significare iuxta compositionē suorum terminorū papam se dere ⁊ considerem de illa. tertio quia ex re flexione dubia dicitur vt ista hoc est dubi u₃ se ipa demōstrata. quarto quia nescitur quid illa primo ⁊ principaliter significat vt ista hoc est homo non facta mentione quid demonstretur per ly hoc ⁊ de isto. quarto modo fecit mentionē Hesberus in quarto casu principali in suo de scire ⁊ dubitare vbi vult ꝙ illa propositio hoc est sor. est ti bi dubia vbi scirem ꝙ ly hoc demonstret̄ sor. vel pla. coram te existentibus. nescires tamen an esset sor. vl' pla. illud ꝙ demōstra tur. quinto dicit̄ dubia q₃ dubitatur an sit

sequens vel repugnãs vt est ista hoc est sor. posito q sor. sit corã oculis tuis quez cognoscas ⁊ scias esse sor. ⁊ te aduertente oculos in aliã partem discedat sor. ⁊ accedat vnus per omnia similis sor. q si ꝑponat hoc est sor. est dubitanda cũ nescias ipsaz repugnare aut sequi exposito eo q est facta euidentia in oppositũ faciens dubitare illam propositionem hoc est sor.

Tertio notandũ est q illa descriptio de scire rerum contingentiũ quaz supponit magister in littera ⁊ Hesberus in suo de scire ⁊ dubitare nõ est sufficiens nisi addatur illa pticula q notitia seu euidentia per quaz scio sic esse vel sic nõ sit falsa seu non sit euidentia opposita mee credulitati vel sub aliis verbis q idẽ est. s. q in credendo sic eẽ vel sic non sim deceptus ⁊ hoc credo Hesberum forsitã intellexisse in tali descriptione. ratio quare nõ est suffitiens sine illa particula est quoniam si ponatur q tu credas firmiter pla. currere ante oculos tuos sit tamen pla. rome currens et ille qui est ante te sit sor. currens quem firmiter credas eẽ plato. patet q tu non scis pla. currere cum euidentia quam habes de plato. currẽte sit falsa cum istũ sic currentem ante te credas esse pla. ⁊ non est. Tũ etiam quia illũ currentez rome credis non esse pla. tamen est pla. vt patet in casu imo nullam euidentiã habes de plato. currente ⁊ tamen credis firmiter absq excitatiõe pla. currere ⁊ ita est q pla. currrt. Quarto notandũ est q triplex ẽ significatũ propositionis. primum est significatum totale seu primariũ ⁊ adequatum. secũdũ est partiale seu primariũ ⁊ adequatũ ptis. Aliud est assertiuũ seu secũdariũ ⁊ de his omnibus fecit mentionem Hesber⁹ in responsione secundi casus principalis in suo de scibili ⁊ dubio vbi dicit q est impossibile q illa propositio hoc est hoc precise significat q hoc est hoc vbi scias aliquid demonstrari quoniam inquit ipse si ipsa significat q hoc est hoc etiam significat q hoc ẽ ⁊ etiam q sor. est ⁊ q hoc est sor. ⁊ qđ hoc est homo. In quibus propositionibus facit Tisber. mentionem de illis tribus significatis adductis. Nam in prima ⁊ secunda loqtur de significato totali ⁊ partiali. In aliis vero propositionibus de assertiuo et secundario ⁊ dicit qđ nunq̃ dz admitti qđ aliqua propositio significat precise sic esse vel sic ⁊ qđ illa non significet aliter esse vbi aduerte qđ ipse intelligit qđ aliqua propositio significet sic esse vel sic primaria ⁊ adequate seu summ significatuz totale ⁊ tamẽ ñ significet aliter esse assertiue vt secũdarie. ⁊ omnia alia partialia significata que in ipsa includuntur ⁊ illud qđ cõmuniter dicit̃ qđ propositio significat precise sic esse. vel sic intelligitur qđ propositio significet primo ⁊ principaliter ⁊ non aliter significet primo ⁊ principaliter. sed bene alio modo scilicet partialiter ⁊ assertiue vt supra dictum est ⁊ iuxta hoc colligit̃ q iste termin⁹ ꝑcise dupliciter in aliqua propositione accipi potest ꝑmo stricto ⁊ sic est sensus q talis propositio vt puta hoc est hoc significat precise hoc eẽ hoc ⁊ non aliud. secundo modo summitur precise id est primo ⁊ principaliter ⁊ ita cõmuniter accipitur. ⁊ ita propositio hoc est hoc significat primo ⁊ principaliter hoc eẽ hoc. si primo modo sũmitur ly precise non admittatur sic nec aliqua alia ꝓpositio dicit Thisber. ẽ suo de scire ⁊ dubitare potest sic significare precise sed bene summendo ly precise secundo modo.

Ultimo notandum q ad omne sequens scitum esse sequens ⁊ ad omne intellectum ẽ Respondendum per hoc verbum concedo ⁊ ad omne repugnans scitum esse repugnãs ⁊ intellectum est respondendum per hoc ver

buz nego. Et ad omne inpertinens est respõ
dendum secundum sui qualitatem. Non ta
men valet ista consequentia . a . est inperti
nens. ergo non est dubitanda nisi quia du
bia vbi aduerte ꝙ aliqua proposi tio dici
tur dubitanda aut quia dubia aut quia cõ
uertitur cum propositione dubitãda. ⁊ hoc
sufficit ꝙ ad ipsam respondeatur secunduz
sui qualitatem ⁊ per hoc soluitur motiuum
quorundam credentium concludere Pau.
perg. His sic anotatis adduco aliquas cõ
clusiones vtiles circa presentem doctrinam.
Prima aliqua est propositio quam scio es
se veram ⁊ tamen illa non est scita a me sed
scio ꝙ illa est mihi dubia probatur conclu
sio illa tanquã possibilis ponatur ꝙ illa p
positio hoc est verũ conuertatur cum vero
istorum contradictoriorum rex sedet ⁊ nul
lus rex sedet ⁊ scias bene illam sic conuerti
quo stante patet ꝙ ista hoc est verum est ti
bi dubia ⁊ scis ꝙ illa est tibi dubia quoni
az tu scis ꝙ illa significat primo ⁊ principa
liter sicut tu dubitas esse ergo scis ꝙ illa est
tibi dubia ⁊ ꝙ tu scias illam esse veram pa
tet quoniam scis illam conuerti cũ proposi
tione vera. Et aliter etiam probari potest
sic adducta conclusio ponatur ꝙ illa propo
sitio que est vera de illis duobus contradic
torijs significat se ipsam esse veram ⁊ vltra
hoc sicut illa solet communiter significare ⁊
addatur huic totus casus assumptus in pri
ma probatione tunc arguitur sic tu scis istã
esse veram hoc est verum quoniam scis eaz
conuerti cum vero ⁊ ista est tibi dubia quo
niam sicut ista primo ⁊ principaliter signifi
cat ita tu dubitas esse ergo illa nõ est scita a
te. Clara est omnis ꝯsequentia ⁊ antecedẽs
expresse habetur in casu ⁊ etiam posset pro
bari quia si illa non est tibi dubia ⁊ de illa
consideras vt suppono. ergo illa est scita a
te. ergo scis eius adequatum significatum.
ꝙ quidem scis adequate significari per ip
sam ⁊ hoc repugnat casui quare ⁊c.

Secunda conclusio est ista scis aliquã
propositionem esse veram quam nescis esse
veram probatur conclusio ponatur ꝙ scias
a propositionem esse contradictoriũ verum
istorum duorum. rex sedet vel nullus rex se
det. nescias tamen ꝙ istorum sit verũ nec ꝙ
istorum determinate sit. a. quo stante patet.
prima ps ꝯclusionis quoniã hec propositio
est scita a te. a. est verum istorũ contradicto
riorum tibi dubiorũ que sic adequate signi
ficat. ergo hec propositio est scita a te. a. est
verum ergo scis hanc propositionem. a. est
verum ⁊ per consequens scis aliquam pro
positionem esse veram. secunda pars cõclu
sionis probatur quoniam neutrum istarum
rex sedet vel nullus rex sedet scis esse veraz
imo quamlibet istarum scis esse tibi dubiã
⁊ scis bene ꝙ . a. est altera istarum ⁊ ꝙ ali
qua istarum que est vera est. a. ergo. a. scis
esse tibi dubium ⁊. a. nescis esse veruz ⁊ ita
patet conclusio manifesta. Ex quibus in
fertur hanc consequentiam non valere scili
cet omnem propositionem quã scis esse ve
ram scis. sed scis. a. propositionem esse ve
ram. ergo. a. propositionem scis . patet quo
niam arguitur a sensu cõposito ad diuisuz
in terminis complexis qui duo sensus om
nino sunt inpertinentes. Sed contra alterã
istarum scis esse veram demonstratis illis
contradictorijs rex sedet vel nullus rex sedz
in casu supra posito. sed. a. scis esse alteram
istarum. ergo. a. scis esse veruz ꝙ est contra
casum. Respondetur negando antecedens
in casu illo pro prima parte vt declaratum
est superius. Infertur secundo hanc aliam
consequentiam non valere. scio. a. propositi
onem ⁊ considero nunquid ita sit totaliter
sicut illa significat. ergo scio ꝙ ita est totali

ter sicut illa significat. sed illa significat qđ
hoc est sortes. ergo scio ꝙ hoc est sortes. vbi
a. sit ista propositio hoc est hoc in casu su
pra tertij argumenti principalis. sed opor
tet alteram premissarum esse in sensu cōpo
sito vel secū conuertibili. vnde oportet ad
dere istam propositionem in antecedente.
Uidelicet ⁊ scio ꝙ illa propositio seu ꝙ.a.
significat ꝙ hoc est sortes. ⁊ tunc valet argu
mentum sed antecedēs pro illa particula ad
dita est negandum in illo casu. Infertur ter
tio qđ aliqua est propositio quam scio esse
veram vel quam scio esse falsam ⁊ tamen il
la non est scita a me. sed scio qđ illa est mi
hi dubia que ꝯclusio est possibilis in casu
superius posito prime conclusionis scilicet
qđ tu scis istam propositionem hoc est verꝫ
conuerti. cum vero istorū rex sedet vel nul
lus rex sedet ⁊c. Illam tamen assero esse im
possibilem in casu quarti argumenti princi
palis adducti ante oppositum. nec inconue
nit eandē conclusionē aliquo casu esse pos
sibilem altero impossibilem quam sententi
am affirmat Hesberus in responsione ad
quintum argumentum principale in suo de
scire ⁊ dubitare.

Tertia conclusio est ista hoc est sor. de
monstrato solum alio a sorte. probatur con
clusio quoniam non valet illa consequentia
hoc est sortes ergo non demonstratur solū
aliud a sorte. quia posito qđ clas erit sor.
⁊ demonstretur solum aliud a sorte est. ita
sicut significatur per antecedens ⁊ nō est ita
sicut significat per cōsequens. ⁊ ita ex op
posito illius consequentis illius consequen
tie ⁊ antecedēte fit vna copulatiua possibi
lis que est conclusio principaliter assumpta
quare ⁊ cetera.

Quarta conclusio est ista que ponitur
tanquam possibilis. Omnis homo qui est
albus currit ⁊ quilibet istorum sedet proba
tur. ponatur qđ sint decem homines albi
qui currant ⁊ volo qđ clas isti efficiantur
nigri ⁊ sedeant. ⁊ alij decem homines albi
sint de nouo generati seu producti qui cur
rant ⁊ patet conclusio quoniam clas erit ve
rum dicere. omnis homo qui est albus cur
rit ⁊ quilibet istorū sedet demonstratis istis
qui nunc currunt. Ex quibus sequitur pri
mo hanc consequentiam non valere solus
sortes demonstratur. ergo hoc non est albꝰ
demonstrato aliquo albo quia possibile est
ꝙ aliquando erit ita sicut significatur per
antecedens quando non erit ita sicut signi
ficatur per consequens vt posito ꝙ clas so
lum sor. demonstratur ⁊ tamen sit aliquod
album. ⁊ ita stabit ista conclusio ꝙ solum
sor. demonstratur ⁊ tamen hoc est album.
Nec sequitur demonstratur solum sortes in
ista propositione hoc est sortes. ergo hoc est
sor. ⁊ hoc est quia non valet argumentū so
lum demonstratur tale vel tale. ergo hoc est
tale vel tale. Sequitur secundo hanc aliaꝫ
consequentiam non valere demonstratur so
lum modo propositio similis huic hoc est
falsum. ergo hoc non est falsum demonstra
ta illa propositione. hoc est falsum que seip
sam significat. patet quoniam possibile est
sic esse sicut per antecedens significatur. li
cet non sit sicut significatur per consequens.
⁊ ita stabit altera conclusio tanquā possibi
lis. vꝫ hoc est falsum demonstrando solum
modo propositionem similem huic hoc est
falsum.

Quinta cōclusio est ista aliqua propo
sitio est dubitanda que non est dubia ⁊ ecō
uerso. prima ps conclusionis probatur.
Nam si ponatur ista propositio homo est
lapis conuerti cum hac dubitāda rex sedet

tunc illa homo est lapis non est dubia. et tamen est dubitanda. Item si illa deus ē ponatur converti cū ista dubitanda rex sedet tunc illa deus est est dubitanda ⁊ non est dubia secūda pars cōclusionis probatꝰ. nā in casibus positis. illa rex sedet est dubia ⁊ tamen non est dubitanda quoniam in primo convertitꝰ cū propositione negāda ⁊ in secundo cū propositione cōcedenda vt patet. Itē secundo patet idē de propositione deposita in littera a Strodo que est dubia ⁊ tamen nō est dubitanda quia deposita. Itē in propositione principalis argumenti contra regulā inquit Strodus ꝙ illud antecedens sit a pla. dubitandu3 q2 licet sit sibi dubium tamen est ab eodē negandū quare ⁊c. Circa tertiū articulū restat soluere argumenta principalia. Ad primum dicit magister. primo de pla. dubitādo ꝙ illa sortes scit regem sedere. sit a pla. negandū quoniam dubito an sibi ponatꝰ ꝙ nullus rex sedet an non ⁊ nō dico. Inquit magister illa non est ab eo negāda sed dico ꝙ non est dubitanda ⁊ ita nego ꝙ antecedens illud sit a pla. dubitandū sed dico ꝙ licet illud antecedens sit sibi dubiū tamen illud est ab eodem negādū tanꝙ repugnās casui. ⁊ ita dico de me ꝙ dū ponitꝰ mihi iste casus nego ꝙ illud aňs sit a me dubitandū concedo tñ ꝙ est mihi dubiū quādocūꝙ tñ ꝓponitꝰ mihi ista nullus rex sedet ego cōcedo vt seqňs ex casu. est eni ps copulatiua que est casus. Nec ē inconueniēs ꝙ concedā mihi dubiu3 vt sequēs ex casu. Et si arguitꝰ de sor. ꝙ illud antecedēs est ab eo dubitādū ⁊ ꝯňs negandū. nego vtrūꝙ primū. primo quia neutra ps antecedētis est sibi dubia per casu3 ⁊ nego secūdū quia nō sufficit ad hoc ꝙ aliquid sit negandū ꝙ sit falsum ⁊ impertinēs sed ꝙ scitur esse falsum qualiter tamen non scitur a sor. illud esse. s. sor. scit regē sedere. ⁊

si queritur qualiter ergo respondendū est a sor. ad illud antecedēs ⁊ cōsequens dico ꝙ credendo ⁊ nō ꝯcedēdo nec negādo nec dubitando vt patet diffusius in suis obligationibus. Ad secundū argumentū respōdetur negādo ꝙ antecedens illius ꝯsequentie sit dubitandū ⁊ ad probatione3 nego argumentū amisso casu ⁊ ratio quia oportet supplere antecedēti ⁊ ꝙ tu scias ex illo antecedente non sequi aliꝙ falsum vel repugnans alicui posito ⁊ admisso qualiter ibi nō contingit cum tu scias ex illo antecedēte sequi aliꝙ falsum vel aliꝙ repugnans casui cuiꝰ oppositū requiritꝰ scire ad hoc ꝙ illa consequentia sit negāda adducta in probādo antecedens illud esse dubitandū ⁊ ad hoc ꝙ antecedēs illud vel aliꝙ aliud sit dubitandum ⁊c. Ad tertiū argumentū responde tur admittendo casum si ly precise sumitur pro primo ⁊ principaliter vt supra expositum est ⁊ ad argumentū nego ꝙ illa hoc est sor. sit scita a me sed dico ꝙ ē mihi dubia. ⁊ ad probationem nego ꝙ ita sciam esse sicut illa precise significat ⁊ ꝙ ita esse sciā sicut illā. primo ⁊ principaliter scio significare quoniā illa primo ⁊ principaliter significat hoc esse sor. ⁊ ita esse nescio ⁊ ad probationem cum arguitꝰ hanc propositionē scio hoc est hoc demonstrato sor. ergo qualitercūꝙ illa significat ita scio esse seu esse scio ꝙ idem est ⁊ dicitur ꝙ si sumatꝰ ly qualitercūꝙ. i. primo ⁊ principaliter concedo conseqňtiam. Si aute3 sumatur indifferēter ꝓ quolibet significato nego consequentiā quonia3 ego scio hanc propositionē nullus homo est lapis ⁊ tamen nō qualitercūꝙ illa significat ita scio esse cū sciā illā etiā significare hominem esse ⁊ vltra cū infertur ⁊ illa significat ꝙ hoc est sor. ergo ita scio esse scilice3 ꝙ hoc est sor. respondetur negando consequetiam quī oportebat miorē esse istā scilicet ⁊ illa si

gnificat primo ꝛ principaliter ꝙ hoc ē soꝛ. que ēst neganda vt patet ꝛc. Ad quartū argumentū respondet̄ amisso casu negādo ꝙ sciam illā propositionē hoc est homo vel ꝙ sciā illam esse falsam ꝛ ad probationē ne gando illā primam consequentiā.s. scio qđ demonstrat̄ per ly hoc ꝛc. quoniam plures particule alie ad inferendū illud consequēs requirunt̄. vnde sequitur tu scis quid demō streur per illā propositionē hoc est homo ꝛ nihil dubitas esse hominē ꝛ aliquid scis esse hominē ꝛ scis illam propositionē preci se significare iuxta cōpositionem suoꝝ termi noꝝ ꝛ nihil ꝙ nō est hō credis esse hominē ꝛ sufficienter ꝯsideras an illud ꝙ demōstra tur sit homo vel nō hō ꝛ scis illō demōstra tum esse. ergo illud scis esse hominē vel illō scis esse nō hominē ꝛ si diceret aliqua istaꝝ particularū nō concederet̄ tanquā sequens ꝙ illud demōstratum scio esse hominē vel illud scio esse nō hominē. vnde dato ꝙ con siderarē an illa sit hō vel non ad hoc possit esse ꝙ sine limitatione crederē illud esse ho minē ꝛ si tūc nō esset homo nec illud scirem esse hominē nec illud dubitarē esse hominē nec nō esse hominē. ideo sufficiēter ponit̄ pti cula illa ꝙ tu sufficiēter consideres an illud sit hō vel nō ꝙ nihil ꝙ nō est homo credas esse hominē qua concessa ꝛ ipsius ꝯñte tan quā sequens negat̄. altera consequētia vlte rius si arguit̄.s. hoc scio esse hominem vel scio nō esse hominē ꝛ scio quid demōstrat̄ p ly hoc ꝛ ꝙ illa ꝑpositio hoc est hō signifi cat primo ꝛ principaliter iuxta ꝯpositionē suoꝝ terminoꝝ ergo scio hāc hoc est hō vl̄ scio hāc esse falsam. Nec sequit̄ ꝙ sciā ꝙ il la ꝑpositio hoc ē hō significat ꝙ hoc ē hō. vnde quocūqꝫ demōstrato ꝯña ista nulla ē ꝛ scio quid demōstret̄ p ly hoc in hac ꝑpo sitione hoc ē hō. ergo scio ꝙ illa significat ꝙ hoc ē hō. Sed qꝛ in casu posito illa ē inper tinēs dubia ꝛ extra casum dubitāda ideo cōcedo ꝙ illa ē mihi dubia ꝛ non ꝙ hec se quatur ex casu nego illam esse scitā a me. Sed cōtra illa ꝑpositio est tibi dubia ergo dubitas an ita sit totaliter sicut illa signifi cat sed illa significat ꝙ hoc est hō ergo du bitas an hoc sit hō ꝙ est cōtra casum. respō detur negādo vtrāqꝫ ꝯñā quoniā potest eē ꝙ sciam ꝙ ita est totaliter sicut .a. proposi tio significat seu ꝙ sciā illā esse verā ꝛ tamē illa ē mihi dubia. vnde nō dubitat̄ illa pro positio qꝛ suū significatū sit dubiū. imo suū significatū ē scitū cū eo ipso ꝙ tu dubitas. an hoc sit hō tu scis te dubitare ꝛ si scis ꝙ hoc est hoc scis te scire sed ex hoc qꝛ nescit̄ qualiter ipsa primo ꝛ pricipaliter significat cū nescias quid demōstrat̄ quoniā licet po sitū sit ꝙ tu scias qđ demōstret̄ p subiectū huius ꝑpositiōis hoc ē hō tamē in rei veri tate tu scis ꝙ tu nescis. Sꝫ sequit̄ illa ē mi hi dubia ꝛ nō asserit se esse dubiā ergo ita significat sicut dubito esse vl̄ dubito an ita sit totaliter sicut illa significat. illa tñ ꝯña ñ valet hec ꝑpositio ē tibi dubia hoc est hō quē scis adequate significare vt termini eiꝰ cōiter pretendūt. ergo dubitas an hoc sit hō qm̄ añs ē veꝝ ꝛ ꝯñs falsum vbi ꝯñs teneat̄ ꝑsonaliter seu in ꝯñte habeat̄ respectꝰ ad si gnificatū ꝛ vbi p ly hoc tu demōstraris sed lateat te. vñ aduerte ꝙ q̄uis i illo casu illa ꝑpō hoc ē hō significet ꝙ hoc ē hō nō tamē scio ꝙ illa sic significet. Jđo ꝯcedo i illo ca su ꝙ illa ē mihi dubia hoc est homo ꝛ nego quod hoc est homo sit mihi dubiū eodem demonstrato sed scio ꝙ hoc est homo vel ꝙ hoc non est homo ꝛ ad quamlibet istarum Respondendū est dubitatiue cū proponū tur vt sunt iste scio ꝙ hoc est homo scio ꝙ h̄ non est homo dubito ꝙ hoc est homo dubi to quod hoc non est homo ꝛ huiusmodi qui bus propositionibus. Respondendum est

dubie si in sensu m̄ali .i. pro ipsis proposi tionibus accipiantur ⁊ non in sensu persona li .s. pro ipis significatis. vnde qualibet ista rum propositionum scio quod hoc est ho mo dubito ꝙ hoc est homo ⁊ huiusmodi si tamen significat aliqua istarū sicut ego du bito esse sed sicut ego scio esse vel sicut scio non esse imo earū significata sunt scita quia eo ipso ꝙ tu dubitas an hoc sit homo quo cunqꝫ demōstrato tu scis te dubitare ⁊ si sci as hoc esse hominē tu scis te scire sed tales propositiones dubito vt declaratū ē supra

Ad vltimum argumentū respondetur ne gando ꝙ antecedens illius consequentie sit dubitandū imo est negandū cum ex ipso sci as sequi aliquod negandū. Et nō sequitur q̄ libet pars antecedentis est dubitanda ergo totū antecedēs est dubitandū vt patet in il la consequentia rex sedet ⁊ nullus rex se det ergo rex sedet ⁊ etiam de consequentia habita in casu argumenti.

Onsequēter moueo de quattuor sequentibus regulis vnicaꝫ questi onem quoniā in simul quo incide re videntur. nunquid sint vere arguitur ꝙ non. Primo contra regulaꝫ duobus me diis. primo sit nam capta illa propositiōe filius est sequitur ꝙ suus pater vel sua ma ter est ⁊ ex illa sequitur ꝙ suus filius vel̄ sua filia est. ergo a primo per regulā sequitur fi lius est ergo suus filius vel sua filia est. se cundo sic verū antecedit ad verū vel falsuꝫ ⁊ verum vel falsum antecedit ad falsum et tamen verum nō antecedit ad falsum ergo regula falsa. clara est consequētia cum pria parte antecedētis ⁊ secūda probatur sic fal sum antecedit ad falsum ergo veruꝫ vel fal sum antecedit ad falsum tenet consequētia quoniam quicquid est falsum est veruꝫ vel falsum vt patet. ij. ꝯtra. xviiij. regulā dupli

citer arguitur. primo sic ⁊ formo illam cōse quentiam. b. lignum corrumpebat̄ ergo il lud impossibile est esse que est bona. vt pa tet ⁊ cum antecedēte stat illa propositio ali qđ animal erit ⁊ tamen illa non stat cū con sequente illa enim est impossibilis aliqꝫ ani mal erit ⁊ illud impossibile est esse. secundo sic contra eandem regulam arguitur. Aliq̄ est propositio que stat cum qualibet singu lari alicuius vniuersalis ⁊ cuilibet supposi to sibi correspōdet sua singularis que tamē non stat cum vniuersali tali ergo regula fal sa tenet consequētia quia omnes singulares sic accepte sunt debitū antecedēs ad inferē dum talem vniuersalē. Assumptū patet d̄ il la ꝑpositione aliquis homo est que stat cū qualibet tali singulari pla. est ille sor. est ille ⁊ hmōi que tamen nō stat cū vniuersali illa quilibet hō est ille que est vniuersalis illarū singulariū vt patet. vnde illa est impossibi lis quilibet homo est ⁊ aliquis homo ē ille.

In oppositū est Strodus in littera pro bans eas regulas veras esse. xvij. regule ꝑ bationē nō adducit cū in quinta probatiōe ipsius clara habeat̄ declaratio ex qua etiā veritas. xviij. regule innotescit. Ex quibꝰ re gulis infert Strodus hoc correlarium ꝙ in quibus modis nō variatis quādo arguit̄ a primo ad vltimū si ꝯn̄e intermedie sūt bo ne ⁊ formales ⁊ vltia ꝯposita ex primo an tecedēte ⁊ vltio ꝯn̄te erit bona ⁊ formal̄ vt si ex. a. sequit̄. b. ⁊ ex. b. c. ⁊ ex. c. seqnit̄. d. ergo ex. a. sequit̄. d. semp intelligēdo forma liter. sed cōtra ex. a. sequit̄. b. ⁊ ex. b. sequit̄ c. ⁊ tamē ex. a. n̄ seq̄. c. ergo correlariū fal sum tꝫ ꝯn̄a ⁊ an̄s ꝑ q̄libet pte ōndit̄ posito ꝙ. a. sit illa tu es albus. b. vero sit illa tu es albus vel homo est lapis ⁊ tu non es albus c. illa homo est lapis ⁊ patet ꝙ ex. a. sequi tur. b. quoniam. b. sequitur ex. a. tanquaꝫ a parte disiunctiue ad totam disiunctiuam a

c.sequitur ex.b. tanquã a disiunctiua affir matiua cum destructione vnius partis sup alteram ptem et tamen non sequitur.c.ex.a Respondetur q consequens prime cõseque tie potest teneri coplatiue et disiunctiue.si p mo modo tenetur scilicet coplatiue cõseque tia illa nihil valet sed si teneatur disiunctie tunc valet bene prima consequentia sed non secunda.cum vero dicitur q arguitur a dis iunctiua cum destructiõe etc. Dico q illa re gula est aliter intelligẽda vt supra in suppo sitis et correlarijs expositum est et si dicitur volo q teneatur postea illud consequens cũ sit antecedens in secunda consequẽtia copla tiue.dico q tunc essent variate medie et nõ argueretur per regulã quare etc.Decima ve ro regula sic probatur a magistro stet oppo situm consequentis regule cum antecedente si regula non est vera et sit antecedens conse quentia bona.a.consequens vero.b.et.c.sit illud q stat cum.a.et non cum.b.et arguitur sic.c.est cõpossibile .a. ergo stat esse sicut p ipsa significatur.ponat ergo inesse et argui tur sic.ita est sicut per.a.significatur et.b.se quitur ex.a.per casum vt concessum est. er go est ita sicut per.b.adequate significatur. Clara est consequẽtia per primam regulã tunc sic ita est sicut per.b.significatur. et ita est sicut per.c.significatur. ergo.b.et.c. sunt vera et per consequẽs compossibilia q ẽ op positum assumpti.

Circa secundũ articulũ est primo notan dum q ille modus arguendi nõ valet.s.illa consequẽtia est bona ergo quicquid stat cũ antecedente stat cum consequẽte eiusdẽ quo niam ex consequente illo sequitur q aliquid stat cum antecedente.tunc vbi consequentia esset bona et antecedẽs eiusdem esset impos sibile nihil staret cum antecedẽte et etiã vbi non esset nisi antecedens et consequens et nõ alie propositiones tũc nulla alia propositio stat cum antecedente ab ipso ꝯsequente nec aliqua stat cum consequente alia ab antece dente. Secũdo notandũ est q illa conse quentia non valet vz oppositum consequen tis.a.consequẽtie non potest stare cum ante cedente.ergo.a.consequentia est bona pba tur quoniam capta ista consequẽtia. hec cõ sequentia est bona ergo homo est lapis vbi per ly hoc demonstretur ipse met consequẽ tia patet q oppositum consequẽtis non po test stare cum antecedẽte. cũ antecedens sit impossibile et tamen consequẽtia non valet. nam si antecedẽs esset possibile ergo et cõse quens esset possibile q falsũ sed oportet sic arguere oppositum consequẽtis.a.consequẽ tie repugnat antecedẽti et ad ipsam cõseque tiã esse bonã non sequitur ipsam esse malã ergo.a.consequẽtia est bona sed secũda ps antecedẽtis est falsa.in consequẽtia superius nunc habita.Nam sequitur si a consequẽtia est bona et antecedẽs eiusdem sic precise sig nificat vt suppono ergo antecedẽs est verũ tunc sic antecedẽs.a.consequẽtie est verũ et consequens falsum ergo.a.consequentia nõ est bona quare etc. Tertio notandũ est q idem est dicere corpus esse albũ antecedit ad hominem esse albũ et dicere corpus est album ergo homo est albus.et ideo pria est falsa sicut et secũda et si arguitur contra sor. esse album antecedit ad hominẽ esse albũ ergo corpus esse album antecedit ad homi nem esse albũ negetur consequentia.Aliqui vero volentes veritati contradicere sic argu unt illa singularis est vera.s. hoc corpus ẽ al bum antecedit ad hominẽ esse albũ demõ strato sor.et sua indiffinita est ergo sua indif finita est vera.hec.s. corpus esse album an tecedit ad hominẽ esse albũ ẽ.n.regula q si a singularis ẽ vera et indeffinita sit q indef finita ẽt sit vera rñdet ꝯcedẽda regulã et vl terius nego hãc ꝯñam.s.h corpus ẽ albũ de

monstrato sor. antecedit ad hominem esse album ergo corpus esse albu3 antecedit ad hominem esse album. arguitur enim in prima ab inferiori ad suum superius ⁊ in secūda a superiori ad suum inferius. Et vltra admiror quare isti velint hanc propositionem hoc corpus esse albu3 antecedit ad hominem esse album esse singulare3 istius corpus esse album antecedit ad hominem esse album cum qualibet illaru3 equiualeat vni ypothetice rationali. licet bene illa hoc corpus ē album sit singularis istius corpus est album que est sua indeffinita nō autē alia.

Quarto notandum ē ꝙ alique sunt singulares que proprie in voce vel in scripto non habent aliquam vniuersalē vt sunt ista videlicet iste homo demonstrato sor. ⁊ iste homo demōstrato plato. ⁊ iste homo ē iste homo demonstrato in prima cice. ⁊ in secūda petro in mente autem inferunt hanc vniuersalem omnis homo ē alius a se. Item iste singulares iste homo demonstrādo sor. ē iste homo demonstrādo eundem sor. ⁊ iste homo demonstrando Cice. ē iste homo demonstrato eodem semper in subiecto ⁊ in pdicato non habent aliquam vniuersalē proprie in voce vel in scripto sed in conceptu inferunt hanc vniuersalem omnis homo ē ipse met. Singulares vero quas adducit Hetisberus in principio probationis primi sophismatis. possunt multipliciter considerari. primo nanqȝ si per subiecta illarum singularium semper idem homo demonstret ⁊ per predicata diuersi tūc tales singulares inferunt hanc propositione3 cu3 debito medio. iste homo vt puta sor. vel aliquis aliter determinate ē omnis homo. Si vero econuerso scilicet per predicata talium singulariu3 idem semper demonstretur vt puta sor. ⁊ per subiecta diuersi homines demonstrātur tunc tales singulares. iste homo est iste homo ē ⁊ iste homo ē iste homo ⁊ sic de singulis inferunt hanc vniuersalem omnis homo ē iste homo.

Circa tertium articulū restat respondere ad argumenta.

Ad primum dicitur ſm Strodu3 ꝙ illa regula non tenet cum terminis relatiuis vniuersaliter nisi cōtinuo remaneat relatio. ad idem qualiter ibi in argumento non contingit ⁊ ratio quoniā variatur consequētia seu consequens per diuersā acceptionem relatiui. Na3 ly suus ⁊ ly sua refert in vltima cōsequentia antecedens primū scilicet hunc filium ⁊ in penultima refert patrem ⁊ matrē. Circa ꝙ sciendu3 ē ꝙ relatiuū reciprocum semper refert antecedēs suū simpliciter ⁊ nō cum aliquo respectu vbi antecedens sit terminus discretus vt dicēdo iste homo videt se non plus significat talis propositio qua3 iste homo puta sor. videt se vbi autem antecedens est terminus cōmunis refert in comparatione ad sua supposita vt dicendo omnis homo videt se ly se stat confuse distributiue mobiliter ratione signi vniuersalis ⁊ refert ly homo non simpliciter sed per respectum ad supposita distributiue vt sor. videt se plato videt se ⁊ huiusmodi. Relatiuū autem existens in eadem cathegorica cu3 suo antecedente si non sit reciprocum si additur imediate suo antecedenti refert antecedens simpliciter ⁊ eodem modo supponit sicut suum antecedens. Exemplu3 vt aliquis homo qui currit mouetur. ly qui refert ly hominem simpliciter ⁊ supponit determinate sicut suum antecedens. Item dicendo quilibet homo qui currit mouetur ly qui supponit distributiue sicut ⁊ antecedens. Si autem relatiuum non reciprocu3 addatur mediate suo antecedenti ⁊ non imediate tunc refer ipm aňs in cōpatiōe ad predicatū vt sor. currit qui mouetur ly qui refert ly sor.

in respectu ad ly currens supponit tamen semper eodem modo sicut antecedens .dū modo antecedens supponat discrete vel determinate ⁊ non sit ibi aliquod signum distribuens sicut dicendo quilibet homo currit qui mouetur vbi ly qui supponit distributiue sicut etiam ⁊ suum antecedens.non tamen refert solūmodo antecedens sed antecedens in respectu ad predicatuꝫ . Si autē tale relatiuum sit in diuersa cathegorica. tunc sequitur naturaꝫ signi vel situs in suppositione ⁊ hoc etiam seruat in cathegorica sed in ypothetica refert antecedens in respectu ad totam compositionē antecedētis vt dicēdo aliquis homo ē latro ⁊ tu es ille ly ille nō refert solū ly homo sed ly aliquis homo qui est latro ⁊ ista etiā est sententia hesberi qui tamē nō vult ꝙ relatiuū supponat confusius quā suū antecedēs sed bene limitatius.secūda autē opinio quaꝫ ipse adducit in tractatu de relatiuis ⁊ in secūdo principali primi sophismatis tenet oppositūꝫ.s. ꝙ relatiuū supponit confusius ꝙ̄ suū antecedens sm naturā sui signi vel situs vt dicēdo aliquis homo est ⁊ quilibet homo est ille ly ille stat confuse tm̄.Itē aliquis homo est ⁊ nullus homo est ille supponit ly ille distributiue quā opi. visus est tenere Hesb. in secūdo principali primi sophismatis verum tamē in tractatu relatiuoꝝ aliā assumpsit opinionē que sua est ꝙ relatiuuꝫ potest confusius supponere quā suum antecedens quā imittuntur moderni vt pau.venetus ⁊ pau.perg.⁊ alij.vnde relatiuū antecedentis substantie ypothetice relatum stat sicut suū antecedens sed magis limitate nisi antecedens supponat confuse tantū.quare tunc relatiuuꝫ non solū stat magis limitate sed determinate.vnde in illa aliquis homo est et tu es ille ly ille stat determinate sicut suum antecedens sed magis limitate quia refert antecedens in respectu ad totam compositionem antecedentis.Sed dicendo omis homo est animal ⁊ illud ē rationale significat secūda pars ꝙ illud animal ꝙ est omnis homo est rationale ꝙ ē falsum vt patet ⁊ hoc est ꝙ relatiuum stat cōfuse tantū ⁊ añcedēs determinate.

Ad secundū arg.principale respondetur negando consequentiā . oportet enim addere in antecedente ⁊ idem verū vel falsum ꝙ sequebatur ex vero antecedit ad falsum .ergo ⁊c.sed hoc negatur quia non ideꝫ numero verū vel falsuꝫ ꝙ sequebatur ex vero antecedit ad falsum sed aliud quoniā illud verum vel falsum ꝙ sequebatur ex vero ē verum ⁊ illud verū vel falsuꝫ ꝙ antecedit ad falsum est falsum ⁊ quare non est idem verū vel falsum ꝙ sequitur ex vero ꝙ antecedit ad falsum ergo ⁊c.

Ad tertium arg.principale respondetur inquit Strodus sicut in proximo argumento precedenti contra .xvij. regulam adductam ꝙ si relatiuuꝫ referatur continuo eodē modo ad idem concedendū ē illud bene stare ꝙ animal erit ⁊ impossibile ē illō esse demonstrando vel referendo lignuꝫ corruptū per ly illud sed si variatur relatio non oportet tenere per regulam.

Ad quartum respondetur dupliciter a Strodo.primo sic ꝙ licet illa propositio aliquis homo est sic cum omnibus singularibus illius vniuersalis quilibet homo est ille diuisim non tamen coniunctim ꝙ requiritᷣ ad hoc ꝙ improbatur regula quāuis enim iste sint vere aliquis homo est ⁊ iste homo ē iste ⁊ aliquis homo ē ⁊ iste homo ē ille demonstrando alium simul tamen capiendo singulares hec ē falsa aliquis homo ē ⁊ iste homo ē iste ⁊ iste demonstrando aliū . Uel potest aliter respōderi ꝙ quādo singulares capiuntᷣ diuisim nō sunt alicuiꝰ vlis qꝛ continuo variatᷣ predicatū p diuersam relationē.Sꝫ ɔtra qlibꝫ singlaris hꝰ vlis qlibꝫ hō

est ille est vera cum iste aliquis homo est et cuilibz supposito sbiecti correspōdz ꝛc. ergo ꝛc. tenet cōsequentia ꝛ antecedēs probatur sic iste omnes sunt vere aliquis homo est ꝛ iste homo est demōstrato sor. est iste ꝛ aliqs homo est ꝛ ille homo demonstrādo pla. est ille ꝛ sic de singulis. ergo illa vniuersalis ē vera cum prima pte illius copulatiue. Nā sequitur optime aliquis homo est ille ꝛ sic de singulis ergo aliquis homo ē ꝛ quilibet homo est ille respondet negādo illam cōsequentiā. s. aliquis homo est ꝛ ille hō demōstrando sor. est ille ꝛ aliqs homo est ꝛ ille homo demonstrādo pla. est ille ꝛ sic de singulis ergo ꝛc. quoniā sub termio cōi distributo mobiliter respectu termini stantis determiate oportet fieri inductio in ordine ad singulares illius vniuersalis mediāte hoc termino idem addito termino stātis determinate vel addito relatiuo referenti eundē terminū. exemplū primi aliquis homo est ꝛ iste demonstrādo sor. est ille ꝛ idem aliquis homo est ꝛ ille est ille ꝛ sic de singulis semp addendo ly idem omnibus talibus propositionibus excepta prima. exemplū secundi aliquis homo est ꝛ ille homo demonstrando sor. est ille ꝛ aliquis homo est ꝛ iste hō ē ille idem ꝛ aliquis homo est ꝛ ille homo ē ille idem ꝛ sic de singulis ꝛ ita consequētia est bona sed semper eodē modo antecedēs est falsum sicut ꝛ consequens. Posset etiaz aliter induci fm doctrinā Hesberi in tractatu de relatiuis aliquis homo est ꝛ iste homo est ille demonstrādo sor. ꝛ iste homo est ille demonstrādo pla. ꝛ iste homo ē ille demonstrādo Cice. ꝛ sic de singulis ergo ꝛc. sed cum similiter antecedēs est falsum vt p̄us. Et si queritur quid sequitur ex illis singularibus superius assignatis vz aliqs homo est ꝛ iste homo est ille ꝛ aliquis homo est ꝛ iste homo est ille ꝛ sic de singulis. Respondetur ꝙ proprie nihil sequit̄ possemus tamē probabiliter tenere ꝙ sequit̄ ista vniuersalis. s. omnis homo est ipse met. Similiter dicitur de illa copulatiua que est falsa aliquis homo est ꝛ nullus est ille quoniā secunda ps significat ꝙ aliquis homo qui est nullus homo est vel ꝙ aliquis homo nullꝰ homo est. licet enim si loco relatiui debeat poni suū antecedēs assumere propositiones de incōsueto modo loquendi ꝛ hoc vt salue tur eadem supposita. ꝛ ista assumpta aliqs homo est ꝛ quilibet homo est ille ē falsa. nō enim significat ꝙ quilibet homo est aliquis homo ita ꝙ ly homo positum loco relatiui stet confuse tm̄ quoniā tunc esset vera vt tenuit secunda opinio de relatiuis sed significat ꝙ aliquis homo qui est quilibet homo est quod est falsum.

Onsequenter queritur nunquid. xxi. ꝛ. xxij. regule sint vere ꝛ arguitur ꝙ nō. ex. a. sequitur. b. ꝛ. c. est contradictoriū. b. ꝛ. d. est contradictoriū. a ꝛ tamen ex. c. nō sequit̄. d. ergo regula falsa tenet ꝯsequentia ꝛ ponat̄ ꝙ. a. sit ista tu es homo ꝛ. b. sit ista tu non es asinus ꝛ. c. sit ista tu es asinus. d. ista tu nō es homo quo posito patet totū preter vltimā pticulā que sic probat̄. nam ex. c. sequitur. a. sed. d. ē cōtradictoriū. a. ergo. d. repugnat. c. ꝯsequētia patet de se ꝛ per consequēs cū. d. repugnat c. nō sequit̄ ad. c. ꝛ probatur assumptū. s. ꝙ ex. c. seqnitur. a. nam sequitur tu es asinus. ergo tu es ꝛ vltra tu es. ergo tu es tu tu es tu ergo tu es iste hō te demōstrādo ex q̄ sequ tur. ergo tu es hō tenet penultima consequētia ab vno cōuertibili ad reliquum vltia tenet ab inferiori ad suū superius.

Secūdo sic ꝛ pono ꝙ omnis homo qui est albus currit ꝛ nigri sedeāt quo stante illa ꝯsequentia est bona omnis homo qui est albus currit tu es homo ergo tu curris ꝛ tamen ex opposito ꝯsequētis. nam infert op

Et si arguitur contra primam partem istiꝰ cōclusionis sic ponatuꝛ ꝙ.e.sit minus punctus incipiēs moueri supeꝛ.a.ab illo extremo vbi partes ꝛarefactionis incipiunt moueri ⁊ moueatur versꝰ aliđ extremū q̄usqꝫ desinat moueri sup ptes rarefactas ⁊ signo illud instans in quo desinet moueri super a.quod sit.f.⁊ capiatur totum quod erit ꝑ transitū ab.e.a primo instanti motus vsqꝫ ad.f.de ipso.a.⁊ erit illud maxima pars rarefacta de.a.vt patet. Respondetur ⁊ dicitur ex casu isto non sequi ꝙ totum ꝙ erit per transitum in.f.instanti ab e.esset pars rarefacta ex casu ideo non sequitur plus nisi ꝙ foret.a.est pars maxi. rarefacta ꝑ totū ꝑtrāsita ab.e.ex q̊ n̄ seqꝛ ꝙ aliqua sit pars maxime rarefacta ab.e.

Septima conclusio.cuiuslibꝫ albedinis et cuiuslibet gradus albedinis est dare primum in quo inducitur per motum probatᷣ quia si non ergo esset dare vltimum in quo non inducitur per motum talis albedo vel talis gradus albedinis sit ergo.a.gradus vel albedo inducenda per motum et sit.b. vltimum instans in quo non inducetur per motum talis gradus et sit modo.b.instans et sequitur stante casu possibili ꝙ aliquid erit inductum per motum quod prius nūqꝫ fuit inductum per motum et tamen nūqꝫ id desineret induci per motum vt ipsuꝫ.a.sed consequens est falsum et probatur consequētia quia si.a.desinet induci per motum aut in.b.aut in aliquo instanti post.b.non in.b. quod arguitur.a.nunc non inducitᷣ per motum in hoc instanti.b.⁊.a.inducetur per motum anteqꝫ ipsum.a.inducetur per motū quod est falsum si vero dicitur ꝙ in aliquo instanti post.b.a.desinet induci per motuꝫ et cum inter.b.et illud instans post.b.sit tēpus mediū ergo si.b.sit vltimum in quo.a non inducitur per motum sequitur ꝙ imediate post.b.a.inducitur per motum et ita non in aliquo instanti post.b.vt probatuꝫ est ergo in.b.desinet induci per motum.a. et incipit induci per motum patet per te qꝛ des ꝙ in.b.a.non inducitur per motum et inmediate post inducitur per motum ergo b.in.a.incipit induci per motum Amplius si sit dare vltimum in quo non inducitᷣ.a. per motum sit modo illud vltimum instans et quero aut in.b.instanti est aliquid acquirendum vel non ipsius.a.si detur secūdum ergo.b.est vltimum in quo nō inducitur ipsum a per motū cum nihil restet tunc acquirendum de ipso.a.cum.a.non ponatur aliquod indiuisibile nec aliquid ipsius.a.et ex

consequenti si detur primum cum.a.sit ali quid diuisibile tempus erit anteq̄ inducit id q restat inducendum et ita hoc instans b.non est vltimum in quo non inducetur ip sum.a.per motum ergo est dare primum in quo talis albedo vel gradus albedinis inducitur.

Octauo conclusio. quãuis sit dare max imum actiuum a quo passiuum pati nõ po test non tamen est dare minimum actiuum a quo potest pati prima pars conclusiois sic probatur .nam sit.a . aliqd actiuũ cui potentia sit equalis resistentie b passi tũc.b. passiuum ab.a.actiuo pati non potest quia a proportione equalitatis non potest actio prouenire neque motus quia potentia.a.se habet ad resistentiam.b.in proportione eq̄ litatis vt ponitur sed a quolibet maiori.a. b.potest pati probatur quoniam quolibz potentia maior.a.excedit resistentiaz ipsi b.per aliquem excessum diuisibilem sed omnis potentia excedens remissum excessũ diuisibilem sufficit agere in.b.et.b.ab illa tali potest pati igitur a quolibet maiori.a. potest pati.b.ergo.a.est maximum a quo b.non potest pati Secunda pars conclusio nis est sequens que sic probatur quoniaz si sit dare sit illud.a.et arguitur sic ab actiuo a.potest pati.b.ergo per aliquem excessum potentia.a actiua excedit resistentiã.b.pas siuam sed non per excessum indiuisibilem vt patet ergo per diuisibilem tunc diuido illum excessum in duas partes et diuido vlterius vnam istarum partium istius tal excessus et arguo sic dempta ab.a. aliqua istarum pratiuz diuise medietatis illius ex cessus ad huc.a.est minor q̄ prius fuit ergo si.a.prius fuit.a.non fuit minimum a quo pati potest.b.clara est consequentia et ante cedens patet quia dempta illa medietate ad huc potentia .a.excedit resistentiam.b. per excessum diuisibilem sed quelibet potẽ tia data que excedit remissiuum alicuius passiui ab ipsa potentia id ipsũ passũ pati põt ergo.b.potest pati a potentia actiua.a adhuc illa perte dempta ergo non est mini mum actiuum a quo.b.potest pati.

Decima conclusio quamuis sit dare m nimum pondus quod sortes nõ sufficit por tare non tamen est dare maximum grau quod quodlibet fortius sor. sufficit porta re nec est dare minimum q quodlibet forti us sor. sufficit portare probatur prima ps quoniam sor.sufficit portare aliquod pon dus et aliquod non Sed non est dare max imum pondus quod sor. sufficit portare er go est dare minimum quod sor.non sufficit portare clara est consequentia et pria pars antecedentis est copulatiua vera seu verifi cabilis et secunda probatur scilicet q non sit dare maximum quia si sic sit illud.a. et arguitur sic sor. sufficit portare.a.ergo per aliquem excessum sor. potentia excedit re sistentiam.a. ponderis tenet consequentia vt prius arguebatur quia per diuisibile ex cedit indiuisibile enim additũ indiuisibili non facit id maius tunc accipio illum exces sum vt prius et diuidatur in duas medieta tes et arguitur sic inmediate illius excessus potest sor. portare.a.per aliam medietatez cum residua potest portare maius.a. itaq si vna medietas illius excessus sufficit ad portandum.a.manifeste apparet q altera medietas addita isti medietati talis excess us scilz iste abe medietates et ille totus exces sus potentie sortis sit sufficiens ad portan dum maius q̄ est.a.quoniam quilibet ex cessus est sufficiens ad actionem et motum et a proportione maioris in equalitatis p uenit actio ergo.a.non est maximũ pondus

q̄ sor. sufficit portare et q̄ arguitur de. a. potest argui de quocunq̄ pondere maiori a. q̄ sortes sufficit portare Sed q̄ sit dare minimum pondus q̄ sor. non sufficit portare arguitur quia sit. a pondus equale potētie sor. ergo. a. pondus potentia fortis non sufficit portar̄ quia a ꝓportione equalitatis non prouenit actio sed quodcunq̄ illo eq̄li minus sor. sufficit portare q̄ patet satis clare quia resistentia ipsius. a. grauis excedit q̄dlibꝫ minꝰ eo graue aliq̄ excessu igit̄ ꝛ potētia sor. cū sit eidē r̄sistētie eq̄lis excedit q̄dlibet tale pondus minus graue ipso. a. per aliquem excessum diuisibilem ergo potentia sor. sufficit portar̄ pōdus minus resistēs quā a ꝛ quocūque dato miori. a. omne maius eo seu magis resistens potentia sort. sufficit portare cum ergo. a. sit equale potentie sor. est minimum pondus quod sor. nō sufficit portare. Sed q̄ non sit dare maximum graue quod quodlibet fortius sor sufficit portare nunc ostenditur ꝛ accipio vt supra aliquod pondꝰ quod sit equale potentie sor. ꝛ sit. a. ꝛ arguit̄ sic. a. sufficit portare quodlibet fortius sor. ꝛ nullum maiꝰ sufficit portare quodlibet fortius sort. ergo a est. maximum consequentia clara est cuꝫ maiori ꝛ minor ꝓbatur quia si sit falsa detur oppositum videlicet quodlibet maius a. sufficit quodlibet fortius sor. portar̄ ꝛ sit illud. b. ꝛ capio pla. qui est fortior sor. qui pla. cum potentia sua sufficit portare ꝛ arguitur sic inter gradum correspondentē potentie pla. ꝛ potentie sor. cadit latitudo media ꝛ in illo medio plur̄s sunt gradus quorum quilibet est seu correspōdet aliqua potentia for sor. que potentia non sufficit portare. b. quoniam ꝛ si pla. sufficit portare b. qui est fortior sor. certum est q̄ inter sor. qui non sufficit portare. b. ꝛ pla. q̄ sufficit portare. b. sunt plures homines fortiores sor. ꝛ tamen plures debiliores plat. q̄ non possunt portar̄. b. ergo. b. non est maximū q̄ quodlibꝫ fortius sor. sufficit portare nec etiaꝫ est dare maximuꝫ graue q̄ quodlibꝫ fortius sor. sufficicit portare quia si sic sit illud. b. ꝛ tunc vel. b. est magis graue ꝛ resistens quam sit potentia sor ad portandū vel est equale illi vel est minus existens ꝛ quodcūque detur patet q̄. b. graue est minimum id q̄ quodlibet fortius sor. sufficit portare quod probatur quia si minꝰ sequitur q̄ quodlibet fortius sor. excedit resistentia. b. ꝛ per aliquem excessū diuisibilē ergo etiam per medietatem illius excessus sufficiens erit quodlibet fortius sorte ad portādum. b. ergo cum toto illo excessu q̄libet fortius sorte est sufficiens ad portandum maius quam. b. vt est clarum cum quilibꝫ excessus sit ad hoc sufficiens ergo. b. non ē minimuꝫ portabile a quolibet fortiori sor. vel minimū graue q̄ quodlibet fortius sorte sufficit portare. Si maius sit. b. quam potentia sort. ergo cum inter illud maius ꝛ potentiam sortis. sit latitudo media vbi ꝛ in quo medio sunt plures gradus resistētia rum ꝛ potentiarum sequit̄ q̄ non q̄libet fortius sorte est sufficiens ad portandū b. graue cuꝫ in latitudine illa media possit esse aliquis fortior sort. ꝛ tamen minus potens ad portandum. b. quam. b. ad resistendum ita q̄ resistentia. b. grauis erit excedens potentiam illius qui tamen est fortior sor. igitur ꝛc. Si autem dicatur q̄. b. sit equale sorti manifeste apparet q̄. b. nō est mimum graue q̄ q̄libet fortius sort. sufficit portare ꝛ sic patet totius conclusiōis declaratio.

Undecima ꝯclusio sit ista q̄uis sit dare

dare maximū viſibile ꝙ ſor.non poteſt vi
dere non tamē eſt dare minimū corpus ꝙ
ſor.poteſt videre prima pars concluſionis
ſic probat̃ quia ponatur ꝙ ſit.a. aliquod
corpus ita peruum ꝙ ꝑ aliquam diſtantia
ſor.non poſſit videre ſed omne maius ⁊ ar
guitur tūc ſic.a.eſt maximum ꝙ ſor.nō po
teſt videre ⁊ nihil ē maiꝰ.a.quin illō poſſit
videre ſor.ergo.a. eſt maximum ꝛc.clara ē
conſequentia quia ponitur cum caſu illo ꝙ
a ſit aliquod viſibile ſic diſpoſitum ⁊ qō
impeditū per quod ſor.impedit̃ a viſiōe
illius.a.ſit equale ipſi.a.ſecundum omnes
dimenſiones ⁊ tunc pꝫ ꝙ omne excedens
a.poteſt ſor.videre ſed nichil eſt maius.a
quin excedat.a.ergo nichil eſt maiꝰ.a.qu
id poſſit ſor. videre ergo eſt maximum ꝙ
ſor.non pōt videre. Secunda pars cō
cluſiōis arguit̃ ſic quia ſi ſit dare minimū
ꝙ ſor.pōt videre ſit illud.a.⁊ tunc ſic. a.ē
minimum ꝙ ſor.poteſt videre ergo nullū
minus.a.poteſt ſor.videre ꝯſequentia pꝫ
⁊ conſequens eſt falſum ꝙ ꝓbatur quoniā
aliqua parte ablata ab.a.adhuc ſort. pōt
videre a.ſed aliqua parte ablata.a.eſt mi
nus quā ſit modo igitur.a.non eſt tunc ſeu
nunc minimum ꝙ ſor.pōt videre tenet ꝯña
cum prima parte antecedentis quia. a.nō
videt̃ ſecundum aliquid indiuiſibile igit̃
ſecundum aliquid diuiſibile a quo aliqua
parte remota ad huc.a.videri poteſt a ſor
te.minor eſt manifeſta cum totum ſit maiꝰ
ſua parte ⁊ diminuat̃ ſemper ꝑ ablatione
partium a igit̃ non eſt minimum ꝙ ſor.pōt
videre vt patet. Duodecima concluſio
non datur minima materia de cuius potē
tia poſſit aliqua forma educi vel in quaꝫ
poſſit introduci neque maxima affirmati
ue probatur prima pars quoniaꝫ quacum
que data materia que ſit mīma per te i mi
norem poteſt introduci ⁊ per partem ante
partem prius poteſt introduci in partem
propinquiorem agenti ⁊ prediſpoſitam
quam in diſtātiorem ⁊ poſterius diſpoſitā
⁊ ita non eſſet verificabilis. ſ. ꝙ de nulla
minori poſſet educi ſeu in nullam minoreꝫ
poſſet agens introducere.

Secūda pars etiaꝫ ꝓbatur quoniaꝫ ſi de
tur maxima ſit illa.a.et arguitur ꝙ in ma
iorem materiam poteſt agens introducere
forma quia certum eſt ꝙ per aliquem exceſ
ſum diuiſibilem excedit agens reſiſtentiaꝫ
ſiqua eſt in tali introductione ꝙ dico quia
materia per ſe nullius eſt reſiſtentie ergo ſi
reſiſtentia reſpectu alicuius alterius diuiſi
bilis et per medietatem illius exceſſus poſſ
et et per medietatem medietatis in talē ma
teriam agere ergo cum toto illo exceſſu po
teſt in maiorem materiam ſeu reſiſtentiam
et ſic illa non eſt maxima materia in quam
poteſt preterea ex quo vt dictuꝫ eſt et bene
materia nō reſiſtit igitur ſi reſiſtentia eſt ra
tione medij et circunſtantiarum poteſt eē
medium melius circonſtātiōatuꝫ et diſpo
ſitum et maior materia melius diſpoſita
ergo agens poteſt in maiorem materiam
ergo illa non eſt maxima .Decima
tertia concluſio cuiuſlibet compoſiti natura
lis animati anima rationali vl' in rationali
perfecti et per ſe exiſtentis datur maxima
materia qualitatiue et quantitatiue diſpoſi
ta in qua non poteſt ſua forma introduci ⁊
conſeruari vt poſſit naturales operationes
exercere ſeu ſuſcipere actiones naturales ſꝫ
qua non poteſt naturaliter agere et etiā da
tur minima inquā non poteſt. Sed inqua
cunqꝫ minorem datam infra minimam in
quam non poteſt i illam poteſt ⁊ inquācūqꝫ
maiorem datam ſupra vel vltra maximaꝫ
inquam non poteſt in illam poteſt. Et iſta
concluſio veritatem habet in rebus ethe
rogeneis que ſi non eſſent terminate ad

aliquā quantitatem in magnitudine vel p̄uitate sequeretur ꝙ posset esse tam paruus homo sicut est vna formica pfectus ⁊ per se existēs qui posset actiones naturales suscipere easque exercere hoc autē est absurdū ⁊ ꝙ vna formica potest esse ita magna sic est tota terra imo in infinitum maior clara est ꝯsequentia eo ꝙ per aduersariū nullam determinatā quantitatē habent huiusmodi res. preterea sequeretur ꝙ hominis organizatio posset esse in tam parua quantitate sicut est formice organizatio. hoc aūt sanus intellectus naturaliter capere non potest qꝛ tunc ille quomodo posset suscipere actiones naturales. quomodo etiā potest dari magnꝰ homo sicut est tota terra que omnia sunt absurda ⁊ hec sequunt̄ ex opposito conclusionis qualitatiue autē ⁊ q̄ titatiue disposita dico non pro forma tali suscipienda. sed imo quia in tali dispositōe ⁊ quantitate talis forma in talem materiā non potest ab agēte naturali seu super naturali naturaliter induci Amplius si esset dare maximum ꝙ illa forma posset informare tunc sequitur ꝙ ille hō non posset nutriri nec inpinguari nec aliqua eius pars rarefieri quin corrumperet̄ ⁊ sic esset debilior homo mundi imo ex morsu pulicis si aliqua pars eius corporis tumescerē totū corrumpētur. Item vel anima posset illud corpus informatū mouere vel non si potest ergo excedit per aliqđ diuisibile illud corpꝰ igitur pōt informare aliquod aliud corpus quod minus excedit quia omnis excessus sufficit ad mouendū quod erit illo maius ⁊ sic illud non est maximum. Si vero non posset illud mouere ergo ille homo esset inmobilis localiter ⁊ sic tunc opporteret dare maximum corpus ꝙ illud anima posset informare ⁊ mouere ⁊ fierē argumentum sicut prius si etiam esset dare minimum hominem sequeretur ꝙ non posset q̄cumque paruam passionē suscipere imo etiam ex qualibet parua diminutione alicuius partis moueretur seu statim corrumperetur ex qualibet tristitia cū ex ea aliquid de sui substantia deperderet ⁊ si approximaretur illi aliquod cōdensatiuum absq̄ aliqua praeuia alteratōne corrūperetur ⁊ ita ex quacūque parua re seu alteratione sequeret̄ ꝙ nō esset homo ⁊ sic concluditur ꝙ non sit dare maximam materiā neq̄ minimā sub qua potest agens agere sed est dare maximam matereriā ⁊ mimā in quā non pōt vt dicit cōclusio que sic exēplariter oñdit̄ ponendo ꝙ latitudo quantitatis sub qua pōt materia eē ad hoc vt forma humana introducat̄ ⁊ sit tale cōpositū perfectū ⁊ per se existens potens actōes naturales suscipere sit a semipedali quātitate exclusiue vsq̄ ad quātitatē decem pedū etiā exclusiue ⁊ tūc pꝫ ꝙ semipedalis quātitatis materia ē maxia in quā nō potest sed in quācunq̄ maiorem potest vsque ad decem pedum quantitatē exclusiue ⁊ decupedalis quantitatis materi est minima in quā non pōt sed in quamcūq̄ minorem potest vsq̄ ad semipedalem quātitatē exclusiue ⁊ inter minimā talē materiā in quā non potest ⁊ in quācumq̄ in q̄ potest est latitudo magna īmo ꝙ in infinitū post illam vel vltra illam maxiam in quā non pōt est dare maiorē ⁊ minorem ita ꝙ quacūq̄ data adhuc potest dari maior q̄uis non in duplo maior ⁊ in triplo maior ⁊ sic in infinitum ⁊ inter minimam in quā nō potest ⁊ quamcūq̄ inferiorē in quā potest etiam est latitudo quod quacūq̄ minori data infra illā decupedalem quātitatē in infinitū est dare minorem ⁊ miorem nō tamen in duplo minorem ⁊ in triplo ꝛc.

Et de dispositione qualitatiua dicendū ē ꝙ quia nō dat̄ dispō in infinitū bona per quam possit formā hominis perpetuari opꝫ dare talē dispōem finitam ⁊ terminatam

talem dispositionem finitam et terminatam exclusiue quoniam inclusiuus gradus talis dispositionis non est singnandus quod proba tur quia sit. a. et quero an sit maxima dis positione que possit dari an minima ex quo terminatur inclusiue et nullum istorum potest assignari quoniam si minima illa non possit remitti nec diminui si maxima illa si non posset remitti nec diminui si maxima illa non posset intendi neque augeri et quodcunque istorum est falsum tum etiam daretur vltimum esse rei permanentis relinquitur ergo quod est danda maxima dispositio cum qua non potest forma humana conseruari in materia et introduci verbi gratia gradus vt duo exclusiue et minima cum qua non potest vt gradus di ponis vt. x. exclusiue et decimus dispositionis latitudine dicendum est vt superius de latitudine diximus a semipedali quantitate ad decupedalem. Diuina etiam potestas cum primum hominem formauit ex puluere de inde reliquit nobis exemplum vt ostenderet quod non in quantacunque parua quantitate sed nam debet humana natura existere quando ex vna costa ade voluit corpus facere eue humanum quod ipse poterat ex aliqua particula illius perficere sine hoc quod totam costam a primo homine auferret et ambos proceris statuere factos a tanto optimo conditore fore nemo debet ambigere. Utrum autem corpus eue. factum ex costa fuerit cum additione alterius materie quante non de nouo iterum creste sed preexistentis non coste sed alterius vel fuerit per rarefactionem si eiusdem materie coste vel multiplicationem vt factum fuit in quinque panibus ex ordeaceis et duobus piscibus hoc ego hic perscrutari non valeo sed sacris dimitto auctoribus vt sancto doctori et doctori subtili et aliis super secundo sententiarum distinctione xviii. similem sententiam huic nostre xiii. conclusioni sentire videtur sanctus doctor et bene super primo phisicorum

vbi dicit si partes alicuius totius non habent aliquam determinatam magnitudinem vel paruitatem sed contingit totum esse cuiuslibet magnitudinis vel paruitatis et hoc ideo quia quantitas totius dependet ex partibus vel colligit ex illis sed hoc intelligendum est de partibus existentibus actu in toto sicut sunt caro neruus et os que actu existunt in animali et hoc est quod dicit aristotiles. Dico autem talium aliquam partium in quam cum insit diuiditur totum et per hoc excluduntur partes continui totius que sunt in potentia in ipso. Sed impossibile est quod animal vel planta vel aliquid huiusmodi habeat se indeterminate ad quamcunque magnitudinem vel paruitatem est enim aliqua quantitas ita magna vltra quam nullum animal extenditur et aliqua ita parua infra nullum animal inuenitur et similiter dicendum est de planta ergo ad extructione consequentis sequitur quod neque aliqua partium sit indeterminate quantitatis quia simile est de toto et de parte sed caro et os et huiusmodi sunt partes animalis et fructus sunt partes plantarum ergo impossibile est quod caro et os et huiusmodi habeant indeterminatam quantitatem vel secundum magis vel secundum minus non est igitur possibile quod partes carnis aut ossis sint insensibiles propter paruitatem dicitur autem quod hoc dicitur esse diuisioni contrarium continui in infinitum si enim continuus in infinitum est diuisibile totum autem continuum quod est videtur quod sit in infinitum diuisibile omnem igitur paruitatem determinatam transcendit pars carnis secundum diuisionem infinitam sed dicendum quod licet corpus mathematice acceptum sit diuisibile in infinitum corpus tamen naturale non est in infinitum diuisibile in corpore enim mathematico non consideratur nisi quantitas in qua nichil inuenitur diuisioni in infinitum repugnans sed in corpore naturali consideratur. forma naturalis que requirit determinatam quantitatem sicut

⁊ alia accidentia. vnde non potest inueniri quantitas in specie carnis nisi infra aliquos terminos determinatos. idem ponit secūdo sententiarū dist. xxx. q. ij. ar. ij. Corpus inqt naturale non est diuisibile in infinitū. s; mathematicū vt ex primo phisi. ex verbis philosophi ⁊ cōmentatoris hēri potest ⁊ dicit corpus mathematicū corpus consideratum sub dimensione q̄titatis hoc enim in infinitum diuidi potest quia in ratione quantitatis continue non est aliquid quod diuisioni repugnet corpus autem naturale dicitur ꝙ consideratur secundū aliquā determinatam speciem ⁊ virtutē. ⁊ hoc nō potest diuidi in infinitum quia quelibet species determinatam quantitatē requirit ⁊ in plus ⁊ in minus sicut dicitur secūdo de anima. omniū natura constantiū positus ē terminus ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augumenti. ⁊ ideo est inuenire aquam minimā ⁊ minimā carnem vt dicitur primo phisico. que si diuideretur nō esset vlterius aqua vel caro. Hec sanctus doctor ⁊ prima parte. q. vij. ar. iij. sic dicit. oē corpus naturale habet determinatā formā cū igitur ad formam naturalem consequantur accidentia necesse est ꝙ ad determinatā formam sequantur determinata accidentia inter que est quantitas. vnde omne corpus naturale habet determinatā quantitatem ⁊ in maius ⁊ in minus determinatā quantitate; intelligitur exclusiue vt superius dictum est. s. quod datur maxima quantitas ⁊ minima negatiue quemadmodū declarauimus a semipedali vsq; ad. x. pedum quantitatē ⁊ dicta sancti doctoris sunt vera in maiori pte ⁊ subtiliter perscrutata q̄uis in aliquibus vt de partibus homogeneis aliqua; ingerant difficultatē vt in sequenti patebit cōclusiōe que est. xiiij. ista v;.

Nulla res homogenea determinatur ad aliquam quantitatē in magnitudine ⁊ puilitate. nam ignis est res homogenea ⁊ quocū ꝙ igne dato ē dare maiorē ⁊ quocūq; pu dato illo est dare minorem vt probabitur et ita nō terminatur per minimu; nec per maximum. ⁊ sic de alijs homogeneis. sed pro declaratione istius cōclusionis est intelligendum ꝙ nullum corpus vere ⁊ proprie dici debet homogeneū vel etherogeneū sicut nullum proprie corpus dicitur equiuocum vel vniuocū. sed ꝓprie ipsa nomina illa corpora significantia debent taliter appellari. ⁊ tamen per rem ipsam nos exprimimur illō qō importatur per nomen breuitate sermonis quia verius ⁊ proprius hoc nomen aq̄ homogenee importat hoc corpus a qua q̄ni am vno modo significandi generali hoc nomen aqua conuenit toti corpori ⁊ cuilibet parti illius. sed hoc nomen caput vel manus etherogenee importat hoc corpus caput vel manum qō nomen non cōuenit capitis cuilibet parti sicuti ⁊ ipsi capiti vl ipsi manui hoc nomen manus vt patet. ⁊ ideo noīa illa vt caput pes manus debent dici etherogenea ⁊ homogenea. hec nomina aqua ignis ⁊ hmōi. est enim transumptiua facta locutio vt dicamus res homogeneas vel etherogeneas. Et est sciēdū ꝙ eadē res vno potest homogeneo ⁊ etherogeneo nomine importari vt hec res que est vna cera figurata herculis figura potest significari homogenee quia quelibet pars huius cere est cera. ⁊ etherogenee quia non quelibet pars huius cere est figurata herculis figura. ite; eadem res vel essentia que est lignum ex q̄ factū est scampnū importatur homogenee et etherogenee vt quia quelibet pars huius rei est lignum. ⁊ tamen non quelibet pars huius rei vel ligni est scampnū. Ulterius est sciendu; ꝙ omnes t̄mi etherogenee importātes sunt cōnotātes seu cōnotatiui. Termini vero mere absoluti homogenee ⁊ nō etherogenee dicūtur importare vt ignis aqua ⁊ huiusmodi quia nō sunt cōnotatiua. vt caput

manus pes et termini singulares vt sor. plato ⁊ huiusmodi qꝛ termini etherogenei sunt cōnotatiui aliquaꝝ disposicionū vel organizationū vel alicuiꝰ naturalis opationis seu positionis circa talē rem iportataꝫ p talem terminū ↄnotatiuū nō tñ omne cōnotatiuū etherogenee inportat qꝛ hec nomia caro os neruus forma sunt noīa cōnotatiua et tñ nō sunt etherogenea sed homogenea qdā vero termini medio modo se habent inter homogeneū et etherogeneū vt hec nomina album et nigrū ⁊ hmodi. Est tertio sciendum ꝙ isti termini homo ⁊ asinus cū nō sint mere absoluti sed connotatiui existētie sūt noīa homogenea ⁊ ideo res inportata p aliqđ istorum nominū nō etherogenee inportatᷣ sed homogene ideo q̄libet ps hominis est homo ⁊ q̄libet ps asini estᷣ asinus. si vero volumus hec nomina hō ⁊ asinus cōnotare nō solū existētiam sed extra naturalem potētiā ad exercēdū naturales opationes sic talia nomia sūt etherogenea et res per ipsa inportate. et negatur ꝙ q̄libꝫ ps hominis sit hō isto modo et ꝙ q̄libet ps asini sit asinus qꝛ vt dictū est in pcedenti cōclusione impossibile est ꝙ in tam pua q̄titate exerceātᷣ opationes naturales ⁊ ꝙ corpus quātūcūqꝫ peruū sit possit naturales suscipere operationes nec inquacūqꝫ magnitudine. his ita scitis exēplis aliqbus. cōclusio declaratur nam si ↄtigit dare minimā albedinem sequitur ꝙ illa in istanti corrūperetᷣ qꝛ adproximato aliquo agente potente illam corūpere vel imediate post h̄ remanet aliquid illius albedinis vel non si non ergo sequitur ꝙ dictū est si sic ergo illa non fuit minima vel daretur minꝰ minimo preterea agens illi ad pximatū citiꝰ ⁊ pꝰs agit in ptem vnā q̄ in aliam ⁊ pmo in sibi ppinquiorem q̄ in remotiorem aliter daretur minimū alterabile qđ est falsum. tum ēt qꝛ tūc nō esset dare pmū instans esse rei sed vltimū nō esse rei pmanentis amplius si eēt

dare minimū ignē ergo esset dare minimaꝫ visionē ⁊ sic ille qui p illaꝫ minimā visionē intelligeret nō posset minꝰ dare intellectum qđ est falsum. Sed diceret forsitan aliquis ꝙ in rebus accidentalibꝰ nō est dare minimū in substantialibus vero per se exn̄tibus sic qꝛ accidentia nō per se subsistūt vnde est dare minimū ignē nō ꝙ non possit dari minor sed ꝙ nō pōt dari minor quin ille inmediate incipiat destrui et corrūpi successiue ita ꝙ ignis iste minimus pōt durare aliqualiter sine sui corruptione ⁊ nullus minor eo pōt durare quin aliqualiter incipiat corrūpi sed hoc nichil valet qꝛ tūc ignis talis nō esset minimus per se sed ꝑm qd pretera ille ignis qui ponitur minimus p se existēs qui pōt cōseruari vel est equalis potentie suo agenti vel est excedēs agens ne incipiat corrumpi si est equalis tūc non debet dici minimū simpliciter sed minimū qđ non pōt corrūpi a tali agente et isto modo pōt esse vnꝰ ignis centū graduū minimꝰ. si excedit agēs ergo per aliquē excessū diuisibileꝫ et sic medietas illiꝰ ignis pōt cōseruari p medietatē illius excessus ne corrūpatur per aliqđ tempus igitur illud nō est minimū qđ possit cōseruari ne incipiat corrūpi immo q̄tūcunqꝫ peruus sit ignis pōt per tempus resistere qꝛ aliter sequitᷣ ꝙ illa resistentia per tēpus cōponeretᷣ ex resistentijs instantaneis nam si aliquis ignis conponeretur ex talibus minimis sequitᷣ ꝙ qđlibet minimū ē duo paria illius resistentie ergo si totum pōt per horaꝫ resistere sequitᷣ ꝙ aliq̄ eiꝰ ps potest resistere per. x. partem hore et q̄uis partes se iuuēt inconposito hoc non tollit difficultatē quin possit per tempus existere qđlibꝫ istoꝝ. nec obstat illud phi. ij. de anima ōnium natura cōstātiū. ꝛc. qꝛ intendit ibi de etherogeneis et de homogeneis vt patet cū ibidem dicit ꝙ ignis cōbureꝫ i ifinitū si habereꝫ cōbustibile ita ꝙ q̄tuꝫ est de se ignis non est deter-

minajus ad aliquem q̄titatem nec obstat q̄ dicitur primo phisicorum q̄ est dare minimam carnem quia illud forte non fuit de intensione sua sed dicit hoc arguendo cōtra antiquos vel pōt dici q̄ accepi minimam pro parua carne cum id sibi sufficit quia ē dare ita peruam a qua non possit aliquid segregari sicut dicebatur per illos philosophos vel aliter intellexit vt credo et meli⁹ quia vt diximus supra ista nomina caro neruus os et huiusmodi quāuis sint homogenee inportātia res tamen sunt termini cōnotatiui aliquarum dispositionum vel organizationum vel alicuius naturalis operationis seu positionis circa tales res sic per illos inportatas que requirunt d̄terminatā quantitatem vt dixim⁹ in conposito vt conpositum possit recipere naturales actiones ita q̄ non sub quacunq̄ perua carne et osse posset illud fieri que intētio fuit philosophi naturalis cum ibi naturaliter loquat̄ et nō mathematice.

Decima quinta coῳclusio.et vltima p̄ncipalis huius partis sit ista anima intellectiua potest informare materiam sub quacunque perua quantitate et in infinitum sub quacunque minori per diuinam potentiam potest existere que potest facere in infinitum creaturam nobiliorem quacunq̄ data et ininfinitum potest aliqua creatura perfectiorem aliquem effectum producere ista conclusio habet quatuor partes et quo ad omnes est p̄babilis et prima apud phideles est manifesta et apud tenentes tantū vnum deum et primam causam vnam omnium tantum esse que potest supplere vices omnium aliarum causarum igitur q̄ natura non poss; in aliqua perua quātitate operare et in quacunque perua materia potest per diuinam potentiam hoc facere et quacunque perua data materia in qua; possit induci anima intellectiua adhuc in minori et minori per dei potentiam in infinitu; potest induci vt illud tale sit homo et in diuiduum in specie existens humana quamuis non possit induplo in minorem et in triplo in minorem et sic in infinitum. secunda p̄s conclusionis sic probtur inter ea que distāt in infinitum sunt infiniti gradus possibiles fieri sed quelibet creatura facta distat ī infinitum ergo inter deum et creaturam sunt gradus infiniti quorum vnus est nobilior alio possibilis fieri ergo ꝛc. secūdo sic quecunque per se referuntur si vnum eorum secundum q̄ huiusmodi est infinitum et reliquum sed potens in eo q̄ potens et possibile in eo q̄ possibile sibi correspondens per se referuntur ergo si possibile in eo q̄ huius est finitum et potens secundum q̄ huius est finitum sed potēs habet q̄ sit potēs per potentiam ergo si gradus entiu; a deo possibilium fuerint finiti potentia sub ratione qua potentia erit finita hoc autem videtur inconueniens q̄ dei potentia sit finita Tertio sic quelibet substantia et quodlibet accidens citra deum est finitum sed quocūque tali ente dato in infinitum deus potest perfectius et perfectius causare ergo.ꝛc.Tenet ɔña cū maiori et minor ē maifesta quia da q̄ aliquo ente finito dato deus non possit perfectius causare et perfectius et sequeretur q̄ potentia dei esset limitata quod est absurdum immo plus forte credendum est q̄ quacunque substantia finita data deus potest accidens perfectius et nobilius producere vnde non est ita perfectu; indiuiduum in specie angeli quin albedo possit ita intendi per dei potentiam ita q̄ talis albedo esset ita perfectum ens et ita bonum in entitate sicut indiuiduum date speciei et etiam vt esset in entitate pefectius ens q̄ȝ angelus posset deus ita perficere talem albedinem et aliam perfectiorem ista data et ita infinitum vnde vna species non dicitur per

fectior alia quia perfectiora in diuidua cõtineat quaz alia vel quia in ea perfectiora indiuidua possint esse quam in alia vnde aduerte ꝙ omnis actus creature est actus admixtus potẽtie talis infinitas que attribuitur creature consequitur actum admixtum potentie ⁊ non actum simpliciter sed ponitur in processu infinito in accipiendo vnum post aliud in infinitum ⁊ ideo non conuenit ꝙ tale infinitum possit conuenire creaturis. s.ꝙ in hijs sit ponere infinitum sic accipere semper aliquid nobilius quocumque dato sicut manifestũ est i numeris ⁊ figuris ⁊ hoc dicitur infinitum secundũ determinatam rationem seu quantum ad aliquam rationem contractaz ⁊ est illud ꝙ determinatur ad genus determinatum vel ad spetiem determinatam entis vtputa ꝙ dicatur infinituz quãtũ ad magnitudinẽ essẽtie sue determinate tamen ad spetiez vt si dicatur linea carens punctus infinita vel dicatur in infinitum multitudine spetierum sicut figure in potẽtia sunt infinite vnde sub genere figure ⁊ sub genere numerorum continentur infinitum spẽs possibiles illis vtsi ponatur aliqua linea in infinitum extensa aut extensibilis talis esset infinita quia non haberet punctum terminantem eam ad tantũ graduz magnitudinis ita ꝙ licet talia sint in infinita quo ad quid sunt tamen finita ⁊ determinata quo ad genus ⁊ spetiez sicut linea subalterna ⁊ figura que est in quarta specie qualitatis ⁊ tale in infinitum non dicitur quo ad rationez essentie quia tale soli deo conuenit nam infinituz quo ad ratõnem essentie.i.in infinitum simpliciter est nõ determinari aliquo fine cuiuscunque entitatis vel perfectionis qualitercũqz est illius qui in vno solo simplici habet quid quid ẽ perfectionis in natura entitatis totius huius autẽ soli deo conuenit quia habere omnez perfectionem in tota entitate possibilem nõ potest conuenire pluribus formaliter differentibus quia in eis que formaliter differũt vnum semper est perfectius altero ⁊ ideo nõ potest esse ꝙ vtrumqz habeat omnẽ perfectionez talia ẽt constat quod non possint ꝙ materialiter vel nũeraliter non possint differre si illis talis infinitas conueniret ideo illa soli deo cõuenit vnde est sciendum ꝙ in perse ordinatis secundum aliquod genus cause est processus in infinitum impossibile quia impossibile est ꝙ aliquis effectus ab infinitis causis per se sit sed ꝓcessus in infinitum in per se ordinatis secundum ordinem nobilitatis ⁊ non secundum aliquam causalitatem non est impossibilis talis aũt est ordo qui ponitur inter creaturas in infinitum ꝓcedentes sicut etiam partes temporis habent perse ordinem prioris ⁊ posterioris sed non causalitatis ⁊ tamen secũdum ponentes mundum fuisse eternum infinite fuerunt partes in tempore ⁊ equales vt in infiniti dies ⁊ anni est etiã sciendum secundo ꝙ aliud est ponere lineam esse infinitam secundum rationẽ essentie ⁊ aliud est ponere lineam esse infinitam secundum rationem sue magnitudinis quia ratio cuiuslibet essentie secundum ꝙ essentia se extendit ad omne ens siue ad omnem entitatem ⁊ ideo si linea diceretur non habere finem secundum rationem denotaretur ꝙ comprehenderet omnem perfectionem entitatis absqꝫ determinato gradu cuiuscunqꝫ generis vel speciei entis sed magnitudo linee nõ se extendit nisi a linee essentiã que est eius longitudo ⁊ ideo non habere finem magnitudinis linee non est se extendere ad omnẽ perfectionem ⁊ rationem entitatis ⁊ ideo aliud esset ponere lineam infinitam secun

dum q̄ talis specialis essentia. s. secudum q̄ linea vel secūdu₃ magitudinē linee ⁊ ali ud est ponere lineam infinita₃ secūdū rōe₃ essentie infinite absolute. Tertio sciēdum ē q̄ distantia que est inter deū ⁊ creatura₃ ē infinita distātia. s. infinitus excessus vnius extremi respectu alterius sicut si diceretur aliquis calor infinite intensionis distare in infinitū a frigiditate ⁊ isto modo essētia di uina distat in infinitū ab vniuersitate crea ture possibilis distantia autem infinita ac cepta pro quada₃ latitudine infinitorū gra duū creature possibilium non est aliqua la titudo ⁊ isto modo iter deū ⁊ creatnrā quā libet factam actu esset distantia infinita ⁊ non latitudo aliqua inter vtrumque extre mū in qua sint infiniti gradus possibiles s₃ distatur distantia infinita ⁊ sicut in eis in quibus ꝓceditur in infinitū non est dare p̄ mum sic etiam in in vniuersitate creatura rum possibilium non est dare supremū non enim est dicere pfectio creature possibilis est infinita vel contingat accipere vnam su premam creaturam habentem infinitam p erfectionem sed quia in accipiendo vna₃ post aliam non est finis ⁊ licet perfectio cre aure possibilis sit infinita quo ad nume rum specierum non tamen talis infiuitas ē perfectio equalis diuine essentie seu perfec tioni quia ex hoc non ponitur vniuersalit̄ infinita sed quo ad aliquid. Et q̄ infinitu₃ aliquis effectus perfectior ⁊ perfectior po ssit ab aliqua creatura produci probatur hoc primum intellecto q̄ ex gratia dei vn usquisq̄ perfectus producitur effectus vno quidem modo accepi gratia consueuit ꝓ dilectione scilicet alicuius sicut consueuim us dicere quod iste miles habet gratiam regis id est rex habet eum gratum aliomo do pro aliquo dono sumitur gratis dato

vt cum dixerit aliquis hanc gratia₃ facio tibi vel sumitur pro recompensatione be neficij gratis dati secnudum q̄ dicimur a gere gratias benefactori. Secundo depen det ex primo ⁊ ex secundo procedit tertiu₃ qui enim gratia₃ dei dicitur habere signa tur in se recipere quemda₃ effectum gratui te dei voluntatis homo quidem ex gratui ta dei voluntate dupliciter aiuuatur vno modo inquantum anima eius mouetur a deo ad aliquid cognoscendum vel agendū vel volendum ⁊ hoc modo ipse gratuitus effectus in homine nō est qualitas sed mo tus quidam anime actus enim voluntatis mouentis in moto est motus vt dicitur ter tio phisicorum alio modo aiuuatur homo ex gratuita dei voluntate secundum q̄ ha bituale donū a deo anime infunditur ⁊ h̄ ideo quia non est conueniens q̄ deus mi nus prouideat his quos diligit ad super nale bonum quam creaturis quas diligit ad bonum uaturale habendum creaturis autem naturalibus sic prouidit vt non so lum moueat eas ad actus naturales sed etiam largiatur eis formas ⁊ virtutes q̄s dam que sunt principia actuum vt secun du₃ se ipsas inclinentur ad huiusmodi mo tus ⁊ sic motus quibus adeo mouentur fi unt creaturis connaturalea ⁊ factibiles se cundum illud sapientie septimo. Quod di sponit suauiter ꝛc. quo prenotato probat̄ conclusio primo quantum ad creaturam inrrationalem quoniam ignis in infinitū potest producere ignem perfectiorem ⁊ p fectiorem ⁊ maiorem ⁊ maiorem approxi mato combustibili in quod sufficiat age re ⁊ sic ēt p₃ de quibusdā alijs effectibus qui producuntur a suis agentibus qui pos sunt in infinitum augeri seu intēdi quos bre uitatis causa dimitto quātum vero ad ra

tionalem creaturam arguitur cõclusio naꝫ vnusquisque homo diligens deum potest ampliꝰ et ampliꝰ ipꝫ deũ diligere ita ꝙ q̃ cunque gradu caritatis dato adhuc potest perfectioꝛ et perfectior dari et augeri ab ipsa creatura vsque infinitum naꝫ dilectio talis creature est quedam caritas que non habet terminum vltra quem non possit intẽdi igitur aliquis effectꝰ in infinitum perfectioꝛ et perfectioꝛ potest creatura rationali ꝓduci ita ꝙ talis nec terminatur per maximum nec per minimnm augumentum enim cari non peruenit ad aliquem terminũ vltra quẽ non possit augeri cuius ratio est quia terminus in augumento alicuius forme potest ꝑfici aut ex ratione ipsius forme que habet terminatam mensuram ad quam cum peruentum fuerit non potest vltra procedi ifor ma sed si vltra processuꝫ fuerit peruenietur ad aliam formam sicut patet in pallore cuius terminos per continuam alterationem aliquis transit vsque ad albedinem vel nigrdinem perueniens aut ex parte agentis cuius virtus non se extendit ad vlterius augendnm formam in subiecto aut ex parte subiecti quod nõ est pacax perfectionis amplioris sed nullo istorum modorum inponitur terminus augumento caritatis in statu vie de qua loquor ipsa enim secundum rationem proprie speciei terminum augumenti non habet est enim perticipatio quedam infinite caritatis que est spiritus sanctus similiter etiam causa agens ast infinite virtutis scilicet deus similiter ex parte subiecti terminus huic augumento prefigi non potest quia semper caritate est crescente super crescit habilitas ad vlterius augumentum igitur nulla potest dari maxima caritas in via que augeri et perfici non possit illud eni ad quod mouetnr anima in augumento caritatis est similitudo caritatis diuine cui assimulatur ad quam cum infinita sit in infinitum potest accedi plus et plus et nunquam adequabitur perfecte et ipsa anima quantum plus recipit de ipsa bonitate diuina et lumen gratie ipsius tanto capatioꝛ ad recipiendum efficitur et ideo quanto plus recipit tanto plus potest recipere quia potentie materiales sunt determinate et finite secundum exigentiam materie et ideo non possũt recipere nisi tantum vel tantum secundum proportionem materie. potentie autem immateriales non limitantur ex materia sed magis secundum quantitatem bonitatis diuine in eis percepte vnde quanto additur plus de bonitate tanto magis de potentia ad capacitatem additur sicut patꝫ in exemplo philosophi de sensu et intellectn tertio de anima vbi dicit ꝙ sensns a fortibus sensibilibus corrumpitur et non augetur coruꝫ capacitas quia snnt potẽtie materiales sed itellcũs quanto magis intelligit difficilia tãto etiam plus potest ita etiam quanto natura spetialis plns recipit d̃ caritate tanto plus potest recipere. sequitur secunda pars tractatus.

¶Nunc autem in secunda parte pricipali arguamus contra aliquas positarum conclusionum et primo contra tertiam sic ¶Naꝫ si esset dare maximam albedinem quam. a agens potest ꝓducere illa tunc esset infinite remissionis in extremo remissioꝛi ab agẽte vel da ꝙ non. ergo esset certe intensionis in illo extremo ergo remissiorem albedineꝫ causaret vlterius et tunc illa potentia data non fuit maxima plus per tempus egisset in illo extremo inducendo albedinem non agendo in partem contratiam in illo extremo inducendo albedinem remissioreꝫ et sic diceretnr communiter de omni parte illius ꝙ sic albesit ꝙ prius inducit albedineꝫ ad aliquem certum gradum q̃ ad totam illam ꝑtem antequam induceret aliquaꝫ albedinẽ in partẽ contrariam illi parti et ita nullus

huius ꝙ si debet albefieri continue albefiet
per aliquod tempus quod est inconueniens
sed contra ex hoc sequitur ꝙ sit aliꝙ corpꝰ
ꝙ sic albefieri debeat per motum per par-
tem ante partem quod non conuenit dare
primū in quo hec pars vel illa esset albefac
ta quacunque demonstrata quia si sic sit il
la pars tunc.a. tunc est dare primum i quo
hec pars est albefacta ergo in illo instanti
esset albedo infinite remissionis in extremo
remotiori illius.a.ab agente quia si esset in
illo instanti alicuius certe intensionis sequi
tur ꝙ albedo prius fuisset causata in illo ex
tremo secūdū medietatē huius intēsionis ꝙ̄
secundum totam illam quia agens vnifor-
miter intendet albedinem in extremo remo
tiori ipsius.a.et in extremo propinquiori
illius.a.modo in extermo propīquiori illi-
us.a.nulla albedo potest causari vel ibi ca
usatur secundum intensionem aliquam qui
in illo extremo prius fuerit causata albedo
minus intensa ergo eodem modo in extre
mo remotiori et per consequens non est da
re primum in quo hec pars erit albefacta
et similiter arguitur de quacunque parte si
cut de ipso.a.igitur.a. non fuit minimum
in quo hec ps fuit albefacta et si respōdea
tur concedendo conclusionem ꝙ nullius ꝙ
debet albefieri est dare primum in quo al-
bedo inducitur per motum. contra ergo si
non est dare primum in quo hec pars sit al
befacta sequitur ꝙ est dare vltimuȝ in quo
hec pars non erit albefacta alterum oppor
tet dari per viam contradictionis accipien
do totum tempus in quo non erit albefactū
et totum in quo erit albefactum et queritur
vtrum in instanti medio erit ista pars albe
facta vel non et patet ꝙ opportet dare pri
mum in quo hec pars primo erit albefacta
vel vltimum in quo non ex quo ergo nō est
dare primum vt ostensum est sequitᷣ ꝙ est
dare vltimum in quo nō et immediate post
erit hec pars albefacta que sit.a.et tūc que
ro aut totum.a.est albefactum vł non si sic
ergo certum est ꝙ non prius fuit albefactuȝ
ergo nunc primo ergo illud est primum in
quo primo.a.est albefactum et non vltimū
in quo non si non sit totum albefactum.a.
ergo aliquid restat albefiendum ipsius.a.⁊
cum illud quod est albefiendum de ipso.a.
non sit indiuisibile tempus erit antequam
ipsum erit albefactum et per consequens tē
pus erit antequam totum.a.erit albefactuȝ
et ita illud non erit vltimum in quo .a.non
erit albefactum patet ergo ꝙ opportet darᷣ
primum in quo hec pars erit albefacta et
non vltimum in quo non preterea si conce
ditur illa conclusio scilicet ꝙ nullius quod
debet albefieri est dare primum instans in
quo albedo inducitur per motum instatur
contra quia sit.a.vnum nigrum et agat.b.
in.a.corrumpendo nigredinem inducendo
albedinem et arguitur sic cuiuscunque pῑs
ipsius.a.est dare primum in quo tota nigr
edo corrumpitur in illa parte ergo cuiusꝗ
partis.a.est dare primum in quo ipsa erit
albefacta consequentia est bona et antece-
dens est verum ergo et consequens cōsequē
tia probatur quia aliqua parte ipsius .a.
que debet albefieri ab ipso.b.si esset dare
primum in quo totaliter corrumpatᷣ nigre
do in illa parte nisi illud esset primum in q̊
illa pars esset albefacta sequitur ꝙ in illo
instanti illa pars non erit albefacta nec ni
gra et ita esset dare vnum instans in quo
subiectum non esset sub aliquo inter medi
orum quod est inconueniens nam ponitur
ꝙ albedo et nigredo suntᷣ contraria inmedi
ata et probatur antecedens scilicȝ ꝙ sit da
re primum in quo nigredo totaliter corrum
patur in illa parte quia si non ergo est dare
vltimum in quo non corrumpitur nigredo
totaliter in illa parte et si sic sequitur ꝙ ad
huc nigredo est in illa parte et per cōsequēs

tp̄us erit aliq̄ꝫ nigredo tōl'r cōrūpat' i illa p̄
te cū ql'ꝫ nigredo sit diuisibil' p̄ꝫ ex̄tēsōeꝫ q̄ nl
la nigredo existere pōt i subiecto idiuisibili ⁊
per consequens non est dare vltimū in q̄ n̄
corrumpatur nigredo totaliter in illa par
te sed primum ⁊ ita vt probatum sequitur
ꝙ est dare primum in quo illa pars est al
befacta amplius ꝑbatur ꝙ sit dare primū
in quo illa pars est albefacta per motum
quia sit hic vnum spaciuꝫ ꝙ sit.b.⁊ moue
tur.a super ipsum.b.continue ipsum albe
faciendo per partem ante partem ita ꝙ.a
habeat solum virtutem albefaciendi par
tem ipsius.b.super quam mouetur seu sup
ponitur ⁊ non maiorem tunc cuiuslibet pa
rtis illius.b.est dare primum in quo ipsū
a supponitur ipsi parti ergo cuiuslibet talis
partis est dare primum in quo ipsa erit al
befacta perimotum ab ipso.a.ꝙ fuit pro
bandum. Preterea si non sit dare pri
mum in quo hec pars erit albefacta per
motum ergo eadem ratione in mobili loca
li non erit dare primum in quo hec pars
vel illa erit pertransita per motum localeꝫ
cōsequens est falsum ergo illud ex quo seq
tur. Contra quintam conclusionem argui
tur sic.a.calidum potest agere in.b.frigid
um inducendo caliditatem ⁊ tamen non ē
dare maximum tempus per quod potest
agere in.b.frigidum nec minimum per q̄d
non potest probatur quia si sic sit illud tē
pus maximuꝫ.c. tunc in.c.potest agere ali
quid ⁊ in tempore maiori quaꝫ sit.c.quia
quod potest aliquid in tempore minori ⁊ i
maiori pōt ergo non est dare maximum
nec etiam est dare minimuꝫ scilicet ꝙ quo
cunque dato in quo non potest agere ꝙ in
quolibet maiori potest agere ꝙ est falsum
nec etiam est dare minimuꝫ in quo potest
quia cum omnis calor partibiliter induca

tur nullum est tempus minimuꝫ in quo po
test inducere caliditatem ꝙ etiam non sit
dare maximum in quo non probatur naꝫ
si i illo nō potest ⁊ i omni maiori pōt i illo
stanti terminante illud tempus non agit in
ducendo caliditatem ⁊ in mediate post h̄
aget tunc quero aut in illo instanti aliqua
frigiditas sit in illo extremo propinquiori
ipsi.a.aut non si sic sequitur ꝙ erit infinite
remissionis quia da ꝙ esset certe intensiōis
tunc tempus esset aliquam corrumperetur ⁊
per consequens nō inmediate post hoc age
ret inducendo caliditateꝫ.si non sit aliqua
frigiditas in illo extremo ergo aliqua cali
ditas est in illo extremo ⁊ cum illa calidi
ditas sit certe intentionis sequitur ꝙ pars
istius prius fuit inducta ⁊ per consequens
illud instans non est vltimū in quo non in
ducitur caliditas ꝙ est oppositū positi se
cundo contra eādem conclusionem sic arg
uitur intellectus sortis est alicuius perfecti
onis ⁊ potest attingere intellectionem alicu
ius ⁊ alicuius non quia aliter intellectus
angeli non esset maioris perfectionis quaꝫ
intellectus sortis ⁊ tamen non est dare ma
ximam intellectionem quam intellectus so
rtis potest causare nec minimam quam nō
potest primum probatur quia infitā intel
lectionem potest ipse causare ergo nulla est
maxima quam potest tenet consequentia ⁊
antecedens probatur quia intellectus sor
tis potest intelligere in isto instanti vt sup
pono mediāte aliquo conatu volo tunc ex
quo intellectus potest intelligere ⁊ intende
re suum actum ꝙ sor.intendat suum actuꝫ
cum aliquo conatu per aliquod tempus
per quantum conatum ipse modo eligit ac
tum suum sequitur tunc ꝙ actus suus erit
infinite perfectionis quia in quolibet tem
pore per quod sic continue intendit suum

